



Sammeld. 07

22

DISSERTATIO HISTORICA

DE
MISSIS DOMINICIS
PONTIFICIS ROMANI
IUDICIBVS

QVAM
AMPLISSIMO PHILOSOPHORVM COLLEGIO
CONSENTIENTE
PRAESIDE
M. CHRIST. GVILIELM. FRANCISCO
WALCHIO

PVBLICAE ERVDITORVM DISQVISIONI
SVBIICT


RESPONDENS
IOANNES PETRVS OBERLAENDER
GERA - VARISCVS
SANCT. DISCIPLINAE CVLTOR.

IENAE D. XXV. OCTOBR. MDCCXXXIX.

LITTERIS SCHILLIANIS.

(7)





DISSERTATIO HISTORICA
DE
MISSIS DOMINICIS
PONTIFICIS ROMANI
IUDICIBVS.

Σ Τ Ν Ο Ψ Ι Σ

Exposita tractandi ratione §. I.

Et explicatis tam missi §. II.

Quam dominici vocibus §. III.

Aliisque legatorum horum nominibus §. IV.

Primum de missis generatim agitur, ita ut discerneretur de illis, quibus officium hoc commissum fuit §. V.

De iis, qui eos miserunt: de missificis: de capitulis, missis davis: de tractatoriis §. VI.

Et de variis muneris eorum partibus, ac monstreretur, constitutos illos fuisse, ut de comitibus inquirerent, nun officio suo satisfaciant; nec ne §. VII.

In provinciis ius dicerent §. VIII.

Aliaque curarent, quae ad utilitatem principis et civium spectabant §. IX.

Huiusque in finem mallos et placita haberent §. X.

Deinde speciatim probatur, curam illos gessisse cum rerum sacrarum §. XI.

Fidem et diligentiam episcoporum et

abbatum in peragendo munere explorasse et electioni praesulum adfuisse §. XII.

De vita et morum sanctitate, quam viri sacri ordinis sectari debebant, disquisivisse §. XIII.

Tum inprimis honorum ecclesiasticorum §. XIV.

Denique de pontificibus Romanis differitur et ostenditur, subiectos illos fuisse missorum potestati sub Carolo magno, exemplo Leonis III. §. XV. XVI. XVII.

Sub Ludovico pio eiusdem Leonis §. XVIII.

Paschalis I. Eugenii II. et Gregorii IV. §. XIX. XX.

Sub Lothario Sargii II. Leonis IV. Benedicti III. Adriani II. et sub Carolo crasso Adriani III. §. XXI.

Ultimo loco de decreto Stephani apud GRATIANUM disputatur §. XXII.

A

Quan-

Quanta quamque firma ex historiarum monumentis peti queant praesidia ad confutandas aduersariorum ineptias, qui impudentius Romanos pontifices Francia Germaniaeque regum, Romanorum imperatorum, potestati subiectos fuisse, inficiantur, illustri *missorum dominicorum* exemplo facile demonstrabitur. De his quum hoc loco ita disceptare, decretum sit, vt incorruptis annalium testimoniis comprobetur, in ius illos vocasse sacrorum Romanorum antistites ac de iis dixisse sententiam, eorumque electioni et consecrationi aduuisse, impositam mihi video necessitatem, antea de missis generatim differendi et explicandi, qualis officii illorum fuerit ratio, vt rectius ea, quae consequentur, possint intelligi. Quamuis bene peripectum mihi sit et exploratum, viros grauissimos rerumque antiquarum adprime peritos egregiam operam in enarrando hoc argumento collocasse, ex quorum numero IOACH. VADIANVM *, FRANCISCVM ** et PETRVM *** PITHOES, NICOL. SCHATENIVM *, HERM. CONRINGIVM **, HENR. SPELMANNVM ***, CAROL. DV FRESNE *, ANT. PAGIVM **, PETRVM DE MARCA ***, IAC. SIMONDVM *, CAROL. LE COINTE **, GEORG. SCHVBARTVM ***, IOANN. GRYPHIANDRVM *, PAVLL. HACHEN-

* de colleg. vet. Germ. monast. cap. XXX. ap MELCH. GOLDASTVM tom. III. script. rer. Alem. p. 24.

** in glossar. tom. II. capitular. reg. Franc. BALVZII p. 731.

*** de comit. Palarin. apud MARQV. FREHERVM *origin. Palar. part. I. p. 2.*

* in hist. Westphal. libr. IX. p. 600.

** de rep. imperii Germ. p. 103. sq.

*** in glossar. archiolog. p. 414.

* in glossar. med. et inf. latin. tom. IV. p. 832.

** in crit. in anal. Baron. tom. III. p. 497.

*** de concord. sacerdot. et imper. vii libr. IV. cap. 7. d. 8. p. 360. sqq.

* not. ad capitul. rom. II. p. 769. ed. BALVZII.

** anal. eccl. Franc. tom. VI. p. 781.

*** de comit. palat. p. 142.

* de Weicbillis cap. LXI. p. 153.

HACHENBERGIUM **, CASP. SAGITTARIUM ***, IO. FRID. PFEFINGERVM *, RENATVM GVILLARDVM **, IO. NIC. HERTIVM ***, LVD. THOMASSINVM *, GE. COLVENERIVM **, IOANN. IACOBVM SORBERVM ***, virum confultiffimum, et qui principem inter hos tuetur locum, FRANCISCVM DE ROYE *, ac LYDOVICVM ANTONIVM MVRATORIUM ** nominasse, fufficiat; nec tamen dubito, testimoniis, ad probandum idoneis, possint confirmari, imprimis quum omnes de Romano praesule fideant. Ita in describenda missorum historia versabor, vt sedulo id curem, quod prima illius lex postulat, ne quid falsi dicatur; sed faciam meis verbis fidem optimorum scriptorum legumque maxime antiquarum cessatis; eum vero tenebo descriptionis modum, vt iusto nec longior; nec breuior sim.

§. II.

Missi, de quibus nunc disceptare, animus est, a mittendo dicti sunt, quod a Francorum regibus in provincias missi fuerunt, vt exsequerentur, quae illis credita et mandata erant. Quod uti nulla eget probatione; ita non possumus a nobis impetrare, vt FRANCISCI DE ROYE *** subscribamus coniecturae, missos ideo hoc nomen tulisse, quod certo principis iudicio et voluntate,

A 2

non

- ** in *Germ. med. diff.* III. p. 96. *** de *comitis Germ.* vol. I. p. 139. sqq. et vol. II. p. 190. sqq.
 *** in *antiquit. duc. Thuring.* * extat illius liber singularis de
 p. 280. *missis dominicis* elegans sane et perdoctus,
 * in *Virriar. illustr. tom. II.* p. qui quum Ardegar. ann. MDCLXXII. primum esset in lucem
 572. emissus, iterum Liptae ann. MDCCXLIV. proditit cura IO. WENDELINI NEY-
 p. 25. sqq. HAYS.
 *** *notiz. regn. Franc. veter. cap.* ** *tom. I. antiquit. Ital. medii aevi*
 V. §. 27. *diff.* IX. p. 553. sq.
 II. *libr. III. cap. 92.* p. 842. sqq. *** de *missis dominic. cap. I. p. 2. sq*
 ** *not. in Elooard. tom. XVI.*
bibl. max. patr. p. 634.

non forte, munere isto fungerentur. Docte eum hæc obseruasse, non negamus; sed confitemur, *missus* voci apud antiquiores scriptores eam esse potestatem, quam illi tribuit. Sic TACITVS *: *inferioris Germaniæ, inquit, legiones diutius sine consulari fuere: donec missu Galbæ Vitellius aderat*: CORNELIVS NEPOS **: *nuntius ei domo venit eporum missu*: CICERO de Balbo ***: *occulta via currens ad Lentulum missu Cesaris*. Lubens in hanc sententiam discederemus, si nomen hoc *missorum dominicorum* fuisset proprium; nec cum aliis legatis commune. At vero egregia nobis relicta sunt effata, quibus *missi Romanæ ecclesiæ* *, *missi archiepiscopi* **, *missi ducis* ***, *missi comitis* *, *missi S. Petri* **, *missus abbatissæ* ***, *missus regis Italiæ* *, *missus iudicis* **, *missus presbyteri* ***, sexcenti præterea notantur. Ad hæc supra omnem dubitationem positum est, latam esse vel hoc loco vocabuli *missi* vim illudque *legatum* significare et vtrumque nomen sæpenumero inter se permutari. EGINHARDVS *; siue quisquis *annalium*, qui sub nomine eius circumferuntur, auctor sit, de Ludouico pio hæc tradidit: *habito Aquis-*
gra-

* *hisor. libr. I, cap. 9. §. 2. adde MELCH. FREINSHEMI indic. voc. missus.*

** *vir. Agost. cap. IV. §. I. adde, que huic loco adscriptit IOANN. ANDR. BOSIVS.*

*** *libr. VIII. epist. 9. ad Atric. * vid. capit. Caroli calui tit. XLIX. §. 5. 6. tom. II. p. 347. tit. L. §. 3. p. 350. ed. BALVZII.*

** *capitul. Caroli M, libr. II. cap. 24. tom. I. p. 743. de episcoporum missis capit. Caroli calui tit. LII. tom. II. p. 258.*

*** *capit. Dagoberti cap. 30. tom. I. p. 65.*

* *capit. Ludouici II. tit. IV. §. I. tom. II. p. 359.*

** *capit. I. Carolomann. §. I. tom. I. p. 145. et capitul. Carol. M, libr. V. cap. 2. p. 824.*

*** *capit. Synodi Vernens. cap. 6. tom. I. p. 170.*

* *epist. Carol. M. ad Fastrad. tom. I. capitul. p. 255.*

** *capitul. Carol. M. tom. I. p. 355. §. 39.*

*** *capitular. II. Dagoberti §. 21. tom. I. p. 63. adde FRANC. DE ROYE de missis dominic. cap. III. et IV. p. 14. fqq. et CAROL. DV. FRESNE glossar. med. et infim. lat. tom. IV. voc. missus.*

* *in annal. ann. DCCCXIV. apud IVST. REYBERVM scrips. rer. Germ. p. 40.*

grani generali populi sui conuentu, ad iustitias faciendas et oppresiones popularium releuandas, legatos, id est, missos dominicos, in omnes regni sui fines misit. De eodem THEGANVS ** non solum apertis verbis scripsit: misit legatos suos per omnia regna sua; sed subiunxit etiam ea, quæ de missis nostris hæc pronuntiata esse, luculenter demonstrant. Nec in legibus antiquis plane ignotum fuit legati et legationis nomen. Capitularis Ludouici pii quinti hoc est initium ***: *legatio omnium missorum nostrorum hæc est.* Quum Carolus caluus in palatio Verno præfulum coegisset conuentum, hi ab imperatore postularunt *, *ut scelerum patratores et apostolica disciplina contentiores, missis a latere eius probata fidei legatis, coercerentur, vt alia iam prætermittamus.*

§. III.

Ex his uti patet, varia fuisse missorum genera; ita opus fuit, vt splendidissimo *dominicorum* titulo nostri ab aliis discernerentur. Testantur de hac re leges antiquæ CAROLI magni, ex quarum numero duo hæc effata recitasse, sufficiat. Alterius hæc sunt verba **: *si quis super missum dominicum collecta et armis venerit, cct. altera *** hæc constituit: qui filium legitimum non habuerit et alium quemlibet beradem sibi facere voluerit, coram comite, vel coram rege et scabinis; vel misso dominico, qui tunc ad iustitiam faciendam in prouincia fuerint ordinati, traditionem faciat.* Cuius generis quum multa alia nobis supersunt testimonia, tum inter omnes conuenit, repetendam esse huius adpellationis originem ab augusto *domini* nomine, quod omni tempore Romanorum imperatoribus per eminentiam quasi fuit adtributum. Antiquissimo æuo quamuis

A 3

id

** vid. Lud. pii cap. XIII. p. 73.
edit. XVLPIII.

*** cap. I. tom. I. p. 613.

* conf. ST. BALVZII capitul.
tom. II. p. 15.

** conf. ANSEGISVM capitul.
libr. II. cap. 64. tom. I. p. 766. edit.
BALVZII.

*** leg. Longob. lib. II. tit. 16. p.
608. edit. LINDENBROGI.

id Octavius Augustus et Traianus alique, qui benignitatis et clementiæ gloria posteritati voluerunt commendari, constanter reculaerint, quod suprema potestatis vocabulum libertati Romanæ aduersari et per consequens populo maxime molestum atque odiosum esse, perspectum habuerunt; Diocletiani tamen ætate de hac modestia et temperantia cæpit remitti et *domini* titulus, seculo iam a virginis partu secundo honoris et adulationis causa cæsaribus tributus, non solum ab imperatoribus, profana superstitioni addictis, publico et pragmatico scribendi more primum sumtus atque hinc usurpatus; sed ad christianos etiam transmissus fuit *. Equidem non ignoro, Constantinum aliosque purioris professionis imperatores sibi persuasisse, quod diuino numini iniuriam sit, de hominibus usurpare *domini* nomen, quod infinite illius potestati designanda adprime aptum esse, arbitrati sunt; nihilominus multa nobis relicta sunt cæsarum christianorum monumenta, *domini* titulo illustria **. Facili-

* quam alienum sit a rationibus nostri institui, *domini* tituli, quo veteres Romanorum imperatores vsi sunt, enarrare historiam, vt breuitati consulatur, ablegamus eos, qui plura desiderant, ad SAM. FITISCVM *not. in Sueton. August. cap. LIII. §. 2. p. 276.* aliosque SVETONII interpretes *diff. loc. p. 215.* ed. GRAEVI: EZECH. SPANHEMIVM *not. in Iulian. orat. p. 221.* ac de vsu et præfatione *numism. diff. XII. §. 11. tom. II. p. 482. sqq.* GISE. CVPERVM *not. in Laclant. de mort. persecut. p. 255. sqq.* SIGEB. HAVERCAMPVM *in not. in Tertull. apolog. cap. XXXIV. p. 289.* IOANN. FRONTONEM *in epist. et diff. eccles. p. 84.* GENERFERIVM *in diff. de Nigriniano p. 273. sqq.* edit. FABRICII. quam ANS. BANDVRI *biblioth. numismat.*

vna cum aliis opusculis numismaticis subiunxit: IO. CHRISTOPH. WOLFIVM *in cur. philol. et critic. rom. I. p. 1355.* et PETER. ZORNIVM *in opusf. sacr. tom. II. p. 481. sqq.* aliosque, a WOLFIO et ZORNIO laudatos.

** de titulo *domini*, christianis imperatoribus adtributo, legantur IO. CHRIST. BECMANNVS *in notit. dignit. diff. I. cap. 4. §. 2. p. 92. sq.* ANT. BORREMANSIVS *resp. Gorinchem. p. 7.* EZECH. SPANHEMIVS *de vsu et præf. numism. rom. I. p. 486. sqq.* et BERN. RAUFACHIVS *decad. I. obs. ex parv. apostol. p. 3. sq.* Nec spernenda sunt, quæ hæc de re in vnum locum congestit IO. FRID. PFEFFINGERVS *in Variar. illustr. tom. I. p. 294. sq. et 376. sqq.*

negotio, exemplum illorum sequuti sunt Francorum reges, tam Merouingici; quam Carolini, quos in eo omnem operam collocasse, scimus, vt et dignitate et honoribus p̄fiscis Romanorum imperatoribus pares viderentur. Hanc ob causam inter alia domini nomen sibi etiam vindicarunt, quamuis *domni* vocabulum maluerint; quam *domini*, vt leuiori vel vnus litteræ discrimine a deo quasi disiungerentur. Testimonia, quæ ad confirmandam hanc rem admodum idonea esse, iudico, perhibent nobis quamplurima illorum diplomata. Piget, ad illorum clausulas prouocare, quas frequenter et assidue his verbis: *signum domini Caroli, domini Ludouici, domini Arnolphi, regnantè demno Carolo, anno imperii domni Hludouici*, ceteris, expressas fuisse, certum est atque exploratum. Spectant huc potius alia formulæ, quibus maior probandi vis inesse videtur, qualis est in diplomate Ludouici pii ***: *detulit nobis immunitatem domini et genitoris nostri, Caroli*. At vero de his fusius hoc loco disputari nequit; sed obseruandum potius est, ex hac voce formata fuisse nomina, vti grammatici loquuntur, adiectiua *dominicus* et *dominicus* ad designandas res, quæ ad imperatorem iure proprio pertinebant. Hinc occurrunt in monumentis scriptorum, quos media protulit atas, ac decretis principum *agri dominicati, vassi dominici, casa dominica, curtes dominicæ*, cetera, de quibus CAROLVM CANGIVM *, FRIDERICVM LINDENBROGIVM ** aliosque barbararum vocum interpretes adeas. In his elegantem locum HRABANI *Mauri* adscripsit LINDENBROGIVS, dignum sane, quem heic repetamus: *proprietas dominica, ait, quæ domino imperatori ex paternâ successione hereditario iure peruenit. Reges nostri propter excellentiam commune nomen domini effecerunt suum.* Id vnum addo, se-

*** conf. 10. MABILLONII II. p. 174. sqq.
 analect. p. 355. ** in glossar. quod codici legum
 * gloss. med. et infim. latin. rom. antiquar. subiecit, p. 1390.

sapius dominicos missos *dominicales* *** etiam esse vocatos.

§. IV.

Verum enim vero aliis quoque vfi sunt nominibus missi nostri, quae non possunt praetermitti, ne fallâ et aliena tribuatur sententia effatis veterum; nec manifesto errore duo fingantur legatorum genera. Ex his inprimis notanda est *missi maioris* adpellatio, qua a missis *minoribus*, id est, *discurrentibus* * discernuntur. Sic CAROLVS *caluus* **, ne fidem nostram desideres, et quidquid exinde, inquit, quod commendamus, per se adimplere non poterint, ad missos maiores, per ipsam missaticum constitutos, referant, ut cum illorum consilio et auxilio omnia impleant. Antiquiori enim aeo maiores dicti sunt ii iudices omnes, qui supremam in aliquo loco habebant potestatem auctoritateque aliis erant superiores ***. Praeterea vocati sunt:

*** conf. LINDENBROGIUM dict. loc.

* discrimen intercesse missis dominicis et *discurrentibus*, facile probatur hac CAROLI calui lege: de his interim missi nostri *discurrentes* cum consilio maiorum missorum, ut promissimus, studeant, apud STEPH. BALZIVM tom. II. *capitular.* p. 150. nec alia desunt monumenta, omni fide digna, quibus expressis verbis distinguuntur. Certum enim est, inferiores fuisse *discurrentes* dominicis, ita ut in pagis et villis ius dicerent ac de causis gravioribus ad dominicos referrent. Fulsus de illis exposuerunt: IACOBVS SIRMONDVS *not. ad capitular.* tom. II. p. 786. CAROLVS DV FRESNE in *glossar. med. et infim. latin.* p. 836. CASP. SAGITTARIUS in *antiquir. duca. Thuring.* libr. IV. cap. 17. §. 3. p. 279. 199. et FRANC. DE ROYE *loc. cit.* p. 11. 199. Quare mirum est, virum

summum, LVDVIC. ANTON. MYRATORIUM, humani quid passum fuisse, quum missos dominicos etiam *discurrentium* nomen tulisse, sibi persuaderet in *antiquir. Ital. medii aei* tom. I. p. 456. nec dubito, quin charta Berengarii II. regis Italiae de missis *discurrentibus*, non *maioribus*, capienda sit.

** in *capit. rit.* XXXII. cap. 8. tom. II. p. 146.

*** hinc commemorantur praeter *maiores domus* et *maiores ante*, *maiores in capit.* Carol. M. tom. I. p. 333. *maiores villarum* apud ANSEGISVM libr. V. cap. 174. p. 857. *maiores persona*, libr. VII. cap. 170. p. 1061. *maior in loco*, leg. *Vissgorb.* libr. IX. tit. I. leg. 6. p. 180. edit. LINDENBROGII: *maiores homines*, *capitul.* Caroli calui *rit.* XXXII. cap. 3. p. 145. Confusus IACOB. SIRMONDVM dict. loc. p. 786. et FRESNAEVM dict. loc. voc. *maior*,

missi regales *, *missi regii* **, *missi palatii* ***, *missi a latere* *, item *ex latere* **, *angeli imperatoris* ***, *vicarii regum* *, *missi imperiales* **, *legati a latere* ***. His addimus Longobardorum, lege * inuenitur: *si iudicem interpellauerit et iudex dilatauerit, ipsam causam deliberare; aut licentiam dederit aduersæ parti, ipsum molinum euertendi, componat sol. in palatio regis districtus ab stolizaz.* Interpretatur nomen hoc vetus glossa latina voce *missi regii*; nec dissentiunt grauisissimi viri; de origine tamen huius vocabuli discrepant eorum coniectura. Nobis quidem maxime probatur sententia FRIDERICI LINDENBROGII **, IOAN. SCHILTERI ***, et IOANN. GEORGII WACHTERI *, qui illud a *sellæ* ac *sedendi* verbo formatum esse, existimant. Nec repugnabimus viris doctis, qui vocibus: *Schimbol* **, id est, *legatus splendidus*, et *Waltpod* ***, siue *legatus, qui summa*

B

viti

* conf. GREGORII Turonensis *hystor. ecclæs. Franc. libr. V. cap. 29. et capitulare Caroli M. ann. DCCXCIV. cap. 4. tom. I. p. 277. adde DV FRESNE dict. loc. tom. IV. p. 835.*

** vide capit. Caroli calui rit. XXXIV. cap. 4. tom. II. p. 159.

*** leg. Longobard. libr. II. rit. 52. §. 17. p. 653. libr. III. rit. 13. §. 3. p. 685. capit. Lud. pii V. ann. DCCCXIX. cap. 1. tom. I. p. 615. ANSEGISVS libr. IV. cap. 44. tom. I. p. 786.

* conf. DV FRESNE dict. loc. p. 835.

** legas HIRON. BIGNONIVM not. in Marculf. tom. II. capitular. p. 927.

*** conf. ERKEHARDVM innocentem de casibus monast. S. Galli apud MELCHIOR. GOLDASTVM scriptor. rer. Alemannic. tom. I. p. 45.

* vide FRANC. DE ROYE de

missis dominicis cap. I. p. 6.

** adens GREGORIVM Turonensem dict. loc. libr. VIII. cap. 18.

*** capit. Caroli calui rit. III. cap. 2. tom. II. p. 15.

* leg. Long. libr. I. rit. 19. §. 5. p. 547.

** in glossar. p. 1483.

*** in glossar. reuon. tom. III. thes. antiquit. Germanic. p. 770.

* in glossar. Germ. p. 1615 adde PAVL. HACHENBERGIUM Germ. med. diss. III. §. 26. p. 66. et IO. WENDEL. NEVHAUSIVM in præfatione quam libello FR. DE ROYE præmisit, p. 8. sq.

** conf. IO. SCHILTERVM dict. loc. p. 127.

*** conf. IO. GEORG. WACHTERVUM, loc. cit. p. 198. adde VAL. FERDIN. DE GVDENVS codic. dipl. vol. II. p. 495.

vtitur potestate, eandem tribuunt vim, quamvis per tractandi modum, quem nobis præscripsimus, fieri non possit, vt ea referantur, quæ ad confirmandam hanc sententiam spectant.

§. V.

Missi dominici legati fuerunt, quos extra ordinem imperatores in prouincias certosque illarum tractus, qui *missatica* * et *missatici* in annalium monumentis adpellantur, miserunt, vt exsequerentur, quæ illis mandata erant, ac de rebus gestis ad casarem referrent **. Huius definitionis singulas partes vt ordinatim ac distincte explicemus, a missis ipsis faciemus orationis initium et deinceps ad enarrandas officii illorum rationes progrediemur. De origine huius instituti non est, quod hoc loco fusius disceptemus. Quæstio enim hæc ardua et subdificilis

* vocis *missatici* variae sunt significationes. Haud raro ipsam legationem et mandata, missis commissa, denotandi vim habet, auctoribus IACOBO SIRMONDO in *nor. ad capit. rom. II. p. 775.* et FRANCISCO DE ROYE dict. *loc. libr. I. cap. 13. p. 59.* vsu tamen frequentiori prouinciarum nomen est, in quibus officio suoungebantur. Conf. ANSEGISVM *libr. III. capit. 80. 84. 87. rom. II. p. 787.* Insignis est locus CAROLI calui: *episcopi quique in suis parochiis et missis in illorum missaticis comitesque in eorum comitatibus pariter placita teneant: in capitul. rit. XXIII. cap. 2. rom. II. p. 59.* adde CAROL. DVRESNE *glossar. med. et infim. latin. rom. IV. p. 837.* FRANC. DE ROYE dict. *loc. p. 59. sq. et IAC. SIRMONDVM cit. loc. p. 770.* qui recte obseruat, missaticos non fuisse certos statusque; sed maiores minoresque pro ar-

bitrio regum institutos: adde CAROL. LE COINTE in *annal. eccles. Franc. rom. VI. p. 780.*

** de constituenda missorum dominicorum definitione doctissimi viri inter se dissentiant. Sequutus sum illustrissimum comitem, HENRICVM BYNAMIVM in *der reutschen Kaiser- und Reichsbist. rom. II. p. 466.* nec sine causa latiores eius terminari fines, ex iis, quæ infra adferam, intelligi potest. Monendum hoc esse censui contra FRANCISCVM DE ROYE aliosque, qui, fortasse auctoritate illius decepti, vnicum fere officium illorum fuisse ius dicendi, manifesto errore sibi persuadent. Sic enim doctus ille Gallus sententiam suam exposiuit: *missi dominici erant vtriusque ordinis proceres, qui a regibus in prouincias cum amplissima potestate mittebantur ad faciendam; aut procurandam iustitiam, loc. cit. p. 2.*

cilis est; nec argumentis firmis potest expediri ac, quod caput est, aliena esse videtur a disputandi genere, in quo nos veriamur. Quare satis est, monuisse, Carolum magnum missorum, quamuis nec apud Francos sub Merovingica regum stirpe ***; nec apud Longobardos * penitus fuerit nomen illorum incognitum; aut inauditum; primum tamen iure suo haberi auctorem, saltem instauratorem, uti rectiori sententia LVDOVICVS ANT. MVRATORIVS ** sibi persuadet. Certum id est atque expeditum, imperatores omnem operam in eo collocasse, ut iis crederent missi officium, quorum fides prudentiaque satis erat perfecta *** et qui nulla erant adflicti paupertate, ne necessitate videlicet coacti, facilius corrumpentur. Testis est *chronici Moisiacensis* * scriptor, qui de Carolo

B 2

ma-

*** testis est locuples et grauisissimus GREGORIUS *Turonensis hist. Franc. libr. V. cap. 28. tom. XI. bibl. max. par. p. 752. adde FRANC. DE ROYE libr. memorat. p. 32. sq.*

* comprobatur id legibus Rotharii; nisi malis, eas fuisse Caroli, Ludouici et Lotharii aetate auctas.

** in *anriqu. Ital. medii aevi tom. I. p. 453. adde IOS. DE LA BARRE hist. Germ. tom. I. p. 913.*

*** sic laudantur probare fidei legari, capit. CAROLI CALUI *tit. III. §. 2. tom. II. p. 15. strenui et fideles missi, iisdem capitular. tit. VII. cap. 20. p. 31. et a CAROLO magno decretum fuit, ut tales sint missi in legatione sua, sicut decet esse ministros imperatoris strenuos, in capitular. III. ann. DCCCX. capit. I. tom. I. p. 475. adde CAROL. LE COINTE in *annal. eccles. Franc. tom. VII. p. 152. Hinc CAROLVS caluus hac usus est, missos salutandi, formula: dilectis et fidelibus missis nostris, tom. II. capitular.**

p. 63. scite etiam HINC MARVS in *admonit. ad Ludouic. cap. XIV. tom. II. oper. p. 139. edit. SIRMONDI: sicut comitibus, inquit, praeponiuntur: ita scientia, iustitia et veritate iis premeant.*

* *aitu. DCCCII. apud ANDR. DV CHESNE tom. III. scriptor. rer. Franc. Hac sane cautione opus fuisse, THEODVLVS Aurelianensis luculento demonstrat exemplo suo in *parennes. ad iudic. v. 169. Hinc apte ERMOLDVS NIGELLVS de Ludouico pio hac cecinit:**

eligit extemplo missos, quos mittat in orbem,

quorum vita proba sit, generosa fides:

numera quos nequeant flecti; nec scia potentum

blanditres, fanor; aut ingeniosa lues,

apud IO. BVRCH. MENKENIVM tom. I. script. rer. Germ. p. 906.

magno hæc tradidit: *noluit de intra suo palatio pauperiores suos vassos transmittare ad iustitias faciendas propter munera; sed elegit in regno archiepiscopos et reliquos episcopos et abbates cum ducibus et comitibus, qui iam opus non habebant, super innocentes munera accipere.* Quam ob causam ex utroque, laicorum et clericorum, ordine eligebantur. Nec solum id ex eodem Moisiacensis historici effato intelligitur; sed alia quoque exstant de hac re testimonia, ad probandum adprime idonea. Diserte CAROLVS magnus ** præcepit, *ut missi nostri, qui vel episcopi; vel abbates; vel comites sunt, quamdiu prope suum beneficium fuerint, nihil de aliorum coniecto accipiant; nepotem vero eius, Carolum caluum, ita hortati sunt sacrorum præfules: videtur nobis utile et necessarium, ut fideles et strenuos missos ex utroque ordine per singulos comitatus regni vestri mittatis***, ut alia præteream.* Inde varia occurrunt archiepiscoporum: immo abbatum nomina, quibus missi provincia commissa fuit. Sic commemorantur Theodulfus Aurelianensis * Arno Iuuauiensis et Paullinus Aquileiensis præfules, Fardulfus, domicilii monachorum Parisiensis, quod a Dionysio nomen tulit, abbas **, Halaboltus abbas ***, Magnus archiepiscopus *, Magenardus episcopus aliique **. De laicis supra omnem dubitationem positum est, quod, adductis egregiis huius rei documentis, rite demonstremus, maximam partem fuisse eos comites; nec videtur nobis a verita-

** conf. ANSEGISVM' *libr. IV. cap. 69. rom. I. p. 789.*

*** capitul. Caroli calui *tit. VII. cap. 20. rom. II. p. 31.*

* testatur de se ipso THEODULFVS in *paranesi ad iudices, rom. XIV. biblioth. maxim. par. Lugdun. p. 28.*
 conf. HENR. BVNAVIVM in *der zeurischen Kaiser- und Reichsbist. rom. III. p. 65.*

** de Annone, Paullino et Fardulpho consulas chartam Pistoientem

apud LVD. ANT. MVRATORIUM *bist. Ital. rom. IV. p. 527.*

*** de Halabolto legas eundem MVRATORIUM *dicit. loc. p. 500.*

* conf. CAROLI magni *capitular. II. ann. DCCCII. rom. I. p. 378. adde CAR. LE COINTE cit. rom. VI. p. 781.*

** de monachis eorumque antistitibus, qui et missi officio functi sunt, legas FLODOARDVM *bist. Rbem. eccles. libr. II. cap. 18.*

ritate recedere eorum sententia, qui *palatii comitibus* inprimis tributum fuisse hoc munus, coniciunt. Piget, hoc loco testimonia, supra recitata, repetere, quibus *missi palatii*, item *ex palatio* adpellantur eosque *de intra palatio* imperatoris missos fuisse, traditur; nec libet, ad iudicis dignitatem munusque, quo illi fugebantur, prouocare; sed sufficiat, charta Pistoienfis meminisse, qua apertis verbis Echerigus, comes palatii, missorum ordini adferibitur ***. Nec numerus missorum, qui in vnam eandemque prouinciam proficiscebantur, certus fuit et definitus. Ex annalium monumentis manifesto confici potest, modo vnum: modo duos: modo plures missos fuisse. Nonnunquam vnum tantum ablegatum fuisse, sine causa negare sibi sumit FRANCISCVS DE ROYE*; nec defuerunt, qui auctoritate eius deciperentur. Verumtamen in antiquis legibus commemoratur *missus vnus* **; LVDOVICVS autem ANT. MVRATORIVS *** protulit *placitum Taurinense*, ann. DCCCXXVII. factum, quo Bosonis comitis et missi tantum fit mentio. Hoc libentes confitemur, fuisse id in more veterum regum et imperatorum, vt duos mitterent, vnum, sacro ordini adscriptum; alterum laicum. CAROLVS magnus constituit Magnum archiepiscopum et Godefridum comitem, et Magenardum episcopum et Madelgaudum*. Idem varia comprobant missorum placita, qua ad nos peruenerunt et a IOANNE MABILLONIO **, LVDOVIC. ANT. MVRATORIO *** , aliisque in lucem emissa sunt publicam. Carolus caluus in

B 3

fin.

*** conferas MVRATORIVM *dict. loc. p. 527.* adde FRANC. DE ROYE *de missis dominic. libr. I. cap. 8. p. 39. 199. et cap. 13. p. 59. 199.* Simile quid iam olim suspicatus est beatus noster GEORGIUS SCHVBARTVS *de comit. Palar. p. 142.*

* *dict. loc. p. 41.*

** *conf. adpendic. Marculfi apud*

BALVZIVM *capitular. tom. II. p. 453.*

*** *antiquit. Ital. medii aui tom. I. p. 480. 19.*

* *vide BALVZIVM tom. I. capitular. p. 377.*

** *adp. tom. II. annal. ord. Bened. num. 111.*

*** *in antiquit. Ital. med. aui tom. I. p. 453. 199.*

singulas prouincias tres: immo quatuor misit legatos*; nec repugnasse id superioris aui institutis, iam laudata charta Pistoienfis testatur. Quare opus etiam fuit, vt animo coniuncti essent, qui arctiori eiusdem officii vinculo coharebant, et imperatores illos ad concordiam diligentius adhortarentur**.

§. VI.

Quo certius est, tantam fuisse imperatorum Romanorum auctoritatem potestatemque, vt missos, sapenumero precibus procerum imperii, qui in comitiis conuenerant, adducti atque excitati, ipsi constituerent***; eo magis mirum est, Lotharium arrogantiae pontificis Romani ita locum dedisse, vt imprudenter hanc legem ferret*: volumus etiam, vt missi constituentur a domno apostolico et a nobis, qui annuatim nobis renuntient, qualiter duces et iudices iustitiam populo faciant et quomodo nostra constitutio seruetur; nisi malis, rectori interpretatione eam explicandam et quasi temperandam esse. Adignatas illis fuisse prouincias, quum supra obseruauimus; tum non potest silentio transmitti, distribuisse illas imperatores ad arbitrium suum, ita vt plures paucioresque comitatus missatica illa comprehenderent. Carolum magnum decem**, caluum vero duodecim descripsisse missatica***, inter omnes conuenit; ii autem in grauiori versantur errore, qui non omnibus; sed nonnullis tantum prouinciis missos praefectos fuisse, autumant. Contra ea de Ludouico pio

ADO

* capitular. tom. II. p. 467.

** dict. loc. p. 63. sq.

*** Carolus magnus missos in comitiis, ann. DECCH. habitis, constituit: conf. PETR. LAMBECIUM in *comment. de biblioth. Aug.* tom. II. p. 380. et simili ratione Ludouicus pius in comitiis, ann. DCCCXIV. factis, quod in *annalibus Beroniansis*, ann. DCCCXIV. traditum est, aliisque, ann. DCCCXVI.celebratis, teste ERMOLDO NIGELLO de *rebus Ludouic. pii* lib. II. p. 906. sqq. adde illustrissimum BVNAVIVM *dict. loc. tom. III. p. 31. sq.*

* capitular. tit. I. cap. 4. tom. II. p. 318.

** conf. ANSEGISVM *libr. II. cap. 25. tom. I. p. 743.**** *capit. tit. XIV. tom. II. p. 68. sq.*

ADO *Viemensis* * aperte scripsit: *hic inter alia mirifica et nimis honoranda opera sua in omni imperio suo; siue in Gallia; siue in Germania; siue in Italia legatos dedit; nec vberiori eget probatione, pronuntiata hæc esse de missis nostris: liquidem id ex iis patet, quæ subiecit. Carolum caluum non solum episcopi etiam atque etiam rogarunt, vt per singulos comitatus regni missos mitteret; sed ipse etiam hæc sanciuit: missi nostri, qui per omne regnum nostrum constituti sunt, missaticum nostrum, prout eis opportunum fuerit, facere non negligant.* Non libet, singulas persequi regni Francici prouincias atque excitare veterum testimonia, missos illis præfuisse, quod et seripcionis huius legibus contrarium, et superuacaneum esse; nec vsum hoc loco habere, arbitror. Antequam missi in prouincias discederent, tradita illis sunt de iis, quæ cæsaris nomine peragenda fuerunt, præcepta, litteris consignata, quæ in antiquis monumentis *admonitiones, communitoria, instructiones, commendationes et capitula, missis data*, adpellantur. Peruenerunt ad nostram ætatem huiusmodi capitula Caroli magni**, Ludouici pii***, Lotharii*, Caroli calui**, quæ tanti faciendæ sunt, quantam lucem huic argumento adferre possunt. Præterea, acceperunt a regibus *tractoriam*, id est, epistolam, ad episcopos et comites perscriptam, qua stipendia, missis in prouinciis persolueda, definita erant, *qualiter vnique iuxta suam qualitatem dan-*

* in *chronic. rom. XVI. bibl. max. par.* p. 808.

** spectant hæc capitulare I. ann. DCCCII. apud *BALVZIVM capitular. rom. I. p. 361. sq. capitulare II. eiusdem anni rom. I. p. 375. capitulare III. ann. DCCCV. rom. I. p. 435. capitulare III. et IV. ann. DCCCVI. rom. I. p. 447. et 449. capitulare III. ann. DCCCX. rom. I. p. 475. capitulare I. ann. DCCCXII. rom. I. p. 489.*

*** ex capitularibus Ludouici pii missis data fuerunt capitul. V. et VI.

ann. DCCCXIX. rom. I. p. 613. et 619. capitulare ann. DCCCXXIII. rom. I. p. 631. capitulare ann. DCCCXIX. rom. I. p. 661.

* conf. capitul. CAROLI calui tit. XIII. rom. II. p. 61.

** vid. capit. CAROLI calui tit. XIII. rom. II. p. 61. tit. XIV. p. 63. et LVPI *Ferrariensis oper.* p. 518. conf. *CASP. SAGITTARIUM in amiquit. ducat. Thuring. libr. IV. cap. 17. §. 5. p. 281.*

dandum; vel accipiendum sit, vti LVDOVICVS pius^{***} rem explicat. De his vti IAC. SIRMONDVS *, IOANNES FILE-SACVS **, STEPHAN. BALVZIVS **, CAROLVS DV FRES-NE *, FRANCISCVS DE ROYE **, et LVDOVICVS ANTON-MVRATORIVS ***, fusc et erudite exposuerunt; ita non est, quod repetamus ea, quæ a viris doctis disceptata sunt. Hoc potius monendum esse, censemus, coniectus; siue con-*iecta*, id est, alimenta, et mansuetonica; siue diuerforia haud fuisse illis præstita, quum missis in pago; aut dicecesi sua officio suo fungeretur*; quodsi vero episcopus; aut comes nimis pertinax fuerit, vt omnes missis suppeditaret sumtus, imperatores decreuerunt **.

§. VII.

Quæ missis credita erant, negotiorum vt varia fue-
runt genera; ita certum est atque expeditum, primam
hanc illis constitutam fuisse legem, vt omni fide diligen-
terque principis iussa conficerent. A CAROLO magno^{***}
hæc sancita fuit: *vt unusquisque in suo missatico maximam
habeat curam, ad præuidendum et ordinandum ac dispen-
dum secundum dei voluntatem et secundum iussionem nostram.*
Hoc tamen præcipuum illorum munus fuit, vt legum mi-
nistri essent: extra ordinem magistratus et iudicis per-
sonam sustinerent. Hinc CAROLVS magnus* proficitur,
ad

*** cap. libr. IV. cap. 701. rom. I.
p. 790.

* not. ad cap. Caroli calui p. 796.

** comment. de sacr. episcopor. au-
thorit. cap. I. §. 20.

*** not. ad capitul. rom. I. p. 1194.
et ad Lup. Ferrar. p. 400.

* glossar. med. et infim. latin. rom.
IV. p. 834.

** de missis dominic. libr. I. cap.
16. p. 70.

*** diss. de tribut. que XIX. est
antiqu. Ital. med. aui rom. II. p. 1.
adde comitem DE BOVLAINVIL-

LER in histoir. des Parlemens, letter.
II. p. 37.

* conf. ANSEGISVM libr. IV. cap.
69. rom. I. p. 789.

** exstant hanc in rem imperato-
rum leges apud eundem ANSEGI-
SVM libr. IV. cap. 66. rom. I. p. 789.
et libr. V. cap. 204. p. 862. adde
FRANC. DE ROYE dict. loc. p. 73.

*** capitular. V. ann. DCCCVI,
cap. I. rom. I. p. 451. adde ANSEGI-
SVM libr. III. cap. 17. p. 758.

* vid. ANSEGISVM libr. II. cap.
26. p. 743.

ad hoc esse missos constitutos, ut quicumque per eorum auxilium iustitiam adquirere possit. De eodem Carolo EGINHARDVS **: legatos misit in omnes regni sui fines, ad iustitias faciendas; annalium vero Bertinianorum scriptor de Ludouico pio: habito Aquisgrani populi sui conuentu, ad iustitias faciendas in omnes regni sui partes misit: astronomus ***: statutum est iuxta antiquum morem, ut ex latere imperatoris mitterentur, qui iudiciariam exercentes potestatem, iustitiam omni populo facerent: NIGELLVS * denique:

qui peragrent celeres Francorum regna per ampla
iustitiam faciant, iudiciumque simul.

Hæc quum aliorum testimoniis confirmantur **, tum ex illis facili negotio conficitur, officii huius potissimum constitui posse partes. Primo loco impositum illis fuit, ut in comites inquirerent, quos per pagos vrbesque iudices olim constitutos fuisse, certum est ***, num muneris suo satisfaciant; nec ne. Testis est CAROLI magni lex *: missos nostros ad hoc ordinauimus, qualiter vnusquisque ad hoc certare studuerit, et per commune testimonium, id est, episcoporum de comitibus et comitum de episcopis, comperire, qualiter scilicet comites diligant et faciant iustitiam. Huius generis quum quamplurima essent in vetustis monumentis

C. testi-

** ann. DCCCXIV.

*** vir. Lud. pii ann. DCCCXXIV, p. 382.

* de gestis Lud. pii libr. II. p. 906.

** conf. FRANC. DE ROYE de missis dominic. libr. II. cap. I. p. 79. sq.

*** quum breuitatis legibus circumscripti, de comitibus hoc loco disputare non possumus, ut eas, quæ de magistratu missorum disserenda sunt, rectius intelligantur, doctores ablegare liceat ad HERM. CONRINGIUM de rep. imp. Germ. p. 160. CASP. SAGITTARIUM in antiquit. ducar. Thuring. libr. IV. cap. 6. p. 228. IO. NICOL. HERTIUM notiz. regni

Franc. veter. cap. V. §. 25. sq. BYRC. GOTTH. STRUVIUM in synragm. inr. publ. cap. XX. p. 879. seq. et corp. hist. Germ. period. III. §. 42. p. 117. sq. ANT. DADIN. ALTESERRAM in egregio opere de ducibus et comit. prouincial. Gallie, quod Tolose ann. MDCXLIII. lucem vidit publicam, et IO. ADAM. KOPPIUM de different. inter comit. et nobil. sect. I. §. 7. aliosque laudatos a IO. FRID. PFEFFINGERO in Viriar. illustr. tom. II. p. 567.

* conf. ANSEGISVM libr. II. cap. 12. p. 736.

testimonia, ex his præstantiora tantum adferre, liceat. LUDOVICVS pius **: volumus, inquit, missos nostros huius rei gratia dirigere per singulos comitatus, qui diligenter inquirent, qualiter comites in hoc nostram iurisdictionem adimplere certauerint, et paucis interpositis ***: si forte episcopus; aut comes aliquid negligentius in suo ministerio egerit, per istorum admonitionem corrigatur*. Ludouicum Germanicum sic hortatur HINC MARVS **: missos etiam tales per regnum constituite, qui sciant, qualiter comites et ceteri ministri reipublice iustitiam et iudicium populo faciant. Præterea non solum de comitum et iudicum negligentia ipsi *** imperatori referebant; sed erat quoque illis potestas, comites vi in officio suo continendi. Quam in rem ita statuit CAROLVS magnus*: ut missi nostri, ubicumque aut episcopum; aut abbatem; aut alium quemlibet, quocumque honore præditum, inuenerint, qui iustitiam facere vel noluit; vel prohibuit, de ipsius rebus uiuant, quamdiu in eo loco iustitias facere debent, et alibi **: si comes in suo ministerio iustitias non fecerit, missis nostris de sua; vel de suis xeniis seruiat usque dum iustitiae ibi facte fuerint; eius vero filius, PIPINVS ***: ut ubicumque missi nostri aut episcopum; aut comitem; aut abbatem; vel alium quemlibet, quocumque honore præditum, inuenerint, qui iustitiam facere noluerit; vel prohibuerit, de ipsis rebus uiuant, quamdiu in eodem loco iustitiam facere debent. Atqui consequens est, comites missorum potestati fuisse subiectos.

§. VIII.

Deinde ipsi quoque in prouinciis ius dicebant. Magistratus, extra ordinem constituti, fungebantur officio, quod

** capitular. ann. DCCCXXIII, cap. 18. tom. I. p. 638.

*** cap. 26. p. 641.

* conf. FRANCISCVM DE ROYE libr. I. de missis dominicis cap. 11. p. 52. seqq.

** tom. II, oper. p. 139.

*** conf. capitulare LUDOVICI pii ann. DCCCXXIII, cap. 6. p. 635.

* conf. ANSEGISVM libr. IV. cap. 66. p. 789.

** apud eundem ANSEGISVM libr. V. cap. 204. p. 862.

*** libr. II, leg. Longobard. tit. LII, §. 21. p. 666.

quod bene sapienterque eruditissimi viri monuerunt; nec leuis est eorum error, qui inter *ordinarios Francorum iudices* missos nostros retulerunt *. Quam in rem CAROLVS magnus **, *missos ad iustitias faciendas in prouincia fuisse ordinatos*, pronuntiauit; CAROLVS vero caluus has leges tulit: *vt in singulis partibus regni missi idonei constituantur, qui querelas pauperum et oppresiones; siue quorumque causas examinare et secundum leges æquitatem valeant definire ***: vos deinde, secundum ipsa capitula, dei iustitiam populique, a deo vobis commissa, necessarias proclamationes legaliter emendare, solerti vigilantia procuretis *: vt missi nostri iustitias, quantum temporis qualitas permiserit, omnino indigentibus faciant **.* Causæ, de quibus cognoscebant missi, variæ fuerint. Diligentius illæ in vetustis principum decretis enumerantur ***, ex quibus luculentis signis cognoscimus, eos non solum in grauiora crimina animaduertisse latronumque et prædonum cohibuisse immanitatem eosque, qui aliorum vitæ; aut possessionibus vim inferebant, violentiam potentissimum potentiorum, coercuisse*; sed de ciuilibus quoque rebus dixisse sententiam hancque ob causam populi coegisse conuentus, de quibus, paucis interpositis, fusius disceptare, animus est. Compertum enim est, sapiens hoc fuisse, Francorum veterum institutum, vt, si comites iniquius pronuntiauerint, ad missos prouocarent, ** qui ipsi

C 2

* legas HERM. CONRINGIUM de rep. imp. Germ. p. 103. IAC. SIMONDIUM in. nor. ad capitular. rom. II. p. 769. IO. FRID. PFEFFINGERVM *Virriar. illustr. rom. II. p. 572.* et illustrem virum, IO. RVDOLPHVM ENGAY, in *element. iur. Germ. libr. IV. tit. I. §. 2. p. 620.*

** capitular. IV. ann. DCCCIII. cap. 7. p. 398. et apud ANSEGISYM libr. VI. cap. 212. p. 960.

*** tit. IX. cap. 7. rom. II. p. 42.

* tit. XIV. cap. 13. p. 67.

** tit. XXXVII. cap. 12. p. 199.

*** sedulo atque adcurate hoc argumentum persequutus est FRANC. DE ROYE de *miss. dominic. libr. II. cap. 5. p. 105. sqq.*

* legas FRANC. DE ROYE *dict. loc. cap. 14. p. 150. sqq. et libr. III. cap. 16. p. 265.*

** consulas HERM. CONRINGIUM de rep. imp. Rom. Germ. p. 245. adde, quæ FRANC. DE ROYE libr. I. cap. 13. p. 146. adtulit.

ipſi decernerent; aut imperatorem de ſententia interrogarent. De hac re ita LVDOVICVS pius ***: *ſummopere ſtudeant, vt hoc, quod per ſe efficere non poſſint, nobis notum faciant et omnimodis prouideant, vt per ſingula capitula, tam verbis; quam ſcriptis, de omnibus, quæ illic peregerint, regi rationem reddant; clarius tamen CAROLVS caluus de miſſis *; ſi et ipſi hoc emendare nequiverint, ad noſtram notitiam perducant, qua de re infra nonnulla adſerendi, locus erit. Denique miſſi noſtri iudices, ſcabinos, aduocatos et notarios in prouinciis conſtituebant: illos iureiurando fidei erga imperatorem obſtringebant illiſque adimebant dignitatem, ſi minus recte officio ſuo functi fuerint. Maniſteſto id ex decretis CAROLI magni **, LVDOVICI pii ***; CAROLI calui * colligitur, quæ quum ab HERMANNO CONRINGIO **, CASP. SAGITTARIO *** et FRANCISCO DE ROYE * recitata ſunt, lubentes ea iam pratermittimus.*

§. IX.

Ad alia progrediemur miſſorum officia, quæ ſtriſtſim ac breuiter enarranda ſunt, quod nullo vinculo cum noſtro argumento coherent. In hunc cenſum venit, quod iusiurandum, quo fides obſequiumque principi promittitur, iterum iterumque a prouincialibus, iis poſſimum, qui iſto ſeſe nondum obſtrinxerant, curauerint praſtandum. Egregium huius rei teſtimonium perhibet decretum CAROLI magni **: *vt miſſi noſtri populum noſtrum iterum nobis fidelitatem promittere faciant, ſecundum conſuetudinem, iam ordinatam, et ipſi aperiant et interpretentur illis hominibus, qualiter*

*** leg. Longob. libr. III. tit. 7. §. 2. p. 678. ANSEGISVS libr. IV. cap. 56. p. 787. capitular. ann. DCCCXIX. cap. 13. p. 616.

* capitul. tit. XLVIII. cap. 13. p. 242.

** conf. ANSEGISVM libr. III. cap. 33. p. 761.

*** capitular. ann. DCCCXXIX. tit. 2. cap. 2. tom. I. p. 665.

* capitul. ann. DCCCLXXIII. cap. 9.

** de rep. imp. Rom. Germ. p. 235.

*** antiquit. ducat. Thuring. libr. IV. cap. 9. §. 7. p. 253.

* de miſſ. dominic. libr. II. cap. 16. p. 265.

** capitular. III. ann. DCCCXII. cap. 13. tom. I. p. 500. et apud ANSEGISVM libr. III. cap. 88. p. 770.

qualiter ipsum sacramentum et fidelitatem ergo nos seruare debeant: adde, quæ idem CAROLVS alibi *** , eiusque filius * et nepos ** hanc in rem sanxerunt et a MARCVLFO *** ac Rhemenſi præfulc, HINC MARO * notata ſunt. Inprimis aduenæ, qui ab hoſtibus, vti Saracenis in Hiſpania; aut Normannis in Gallia, eiecti erant; aut alia de cauſa ſedem mutauerant, nomen apud miſſos profitebantur recipiebanturque ab illis in tutelam imperatoris **. Accedebat cura pauperum *** , ſcholarum * , palatiorum regionum ** , pontium *** , aggerum fluminum, * viarum publicarum **, nundinarum, mercatus, ponderum et menſuræ, *** rei ſilueſtris * et militaris: ** item moneta aliarum

C 3

*** capitular. I. ann. DCCCII. cap. 2. tom. I. p. 362. capitular. II. eiusdem anni cap. I. p. 375. et capitular. I. incerti anni cap. 47. p. 518.

* in capitular. de inſtruct. miſſor. ann. DCCCXXVIII. cap. 3. tom. I. p. 657. in capitular. Vormar. ann. DCCCXXIX. cap. 7. p. 672. et cap. 4. p. 673.

** capitul. tit. 15. cap. 13. tom. II. p. 71. tit. 37. cap. 2. p. 197. tit. 45. cap. 5. p. 230. Formulas iurandi exhibent FRID. LINDENBROGIUS in gloſſar. p. 1400. et STEPH. BALVZVS capitul. tom. I. p. 376. ſq. Legas HIER. BIGNONIUM not. in Marculf. tom. II. capit. p. 899.

*** libr. I. form. cap. 40. tom. II. p. 396. ſq.

* opuſc. cap. 61. tom. II. oper. p. 835. ed. SIRMONDI.

** de his conſule FRANC. DE ROYE loc. cit. libr. IV. cap. 4. p. 296.

*** laude imitationeque digna ſunt, quæ de pauperibus, miſſorum auxilio ſubleuandis, ſtatuerunt optimi principes, CAROLVS magnus, LVDVICVS pius, CAROLVS caluus alique;

laudati a FRANCISCO DE ROYE loc. cit. p. 243. ſq.

* conſule DE ROYE loc. mem. p. 248.

** conf. LVD. ANT. MYRATORIVM tom. I. antiquit. Ital. med. æui p. 869.

*** legas MYRATORIVM diſt. loc. p. 869. et FRANC. DE ROYE p. 272.

* vid. ANSEGISVM libr. IV. cap. 10. tom. I. p. 776.

** conſulas FRANC. DE ROYE diſt. loc. p. 276. ſq.

*** conf. FRANC. DE ROYE diſt. loc. libr. III. cap. 17. p. 268. ſq.

* vide ANSEGISVM libr. IV. cap. 65. p. 788. et libr. III. leg. Longob. tit. 35. §. I.

** conf. CAR. LE COINTE in annual. eccl. Franc. tom. VIII. p. 101. adde DE ROYE libr. III. cap. 15. p. 259. ſq. vbi luculenter demonſtrat, fuiſſe etiam illis poteſtatem, heribanni poena alios adſciendi, et CASP. SAGITTARIUM in antiquit. ducar. Thuring. p. 285. ſq.

rumque rerum, quæ ad fiscum regium pertinebant***; ceterarum, quam missis nostris fuisse creditam, certis annalium vetustatisque monumentis cognitum habemus et exploratum, ita ut summam illorum fuisse potestatem auctoritatemque, manifesto pateat.

§. X.

Hæc quum esset negotiorum missi conditio et multitudo, sapienter sane fuit constitutum, ut missi, simulac in provincias venirent, provincialibus; inprimis tamen comitibus: immo ducibus ea significarent, quæ mandata illis fuerunt. *LYDOVICVS pius* * hæc edixit: *ut statim conventum habeant in duobus; aut tribus locis, ubi omnes, ad eorum legationem pertinentes, convenire possint et omnibus generaliter notum faciant, qualis sit eorum legatio: addas LYDOVIC. ANTON. MYRATORIVM* **. Deinde muneris auspicia fecerunt ab *inquisitione*, ita ut homines fidei spectata de toto rerum statu percunctarentur: de comitibus inprimis aliisque, iudicis dignitate conspicuis, quomodo officio suo functi fuerint. Supra nonnullas excitauimus leges, quas ad probandam hanc rem maxime idoneas esse, censemus; nihilominus iis addenda sunt varia principum decreta, quibus idem diligentius sancitum fuit ac capita rerum sedulo enumerata, de quibus missi inquirere debuerunt***. Hoc vero præsertim commemoratione dignum est, fuisse id

*** legas *FRANC. DE ROYE de missis dominic. libr. IV. p. 202. sq.*

* in *capitular. ann. DCCCXXIII. cap. 26. rom. I. p. 641.* exhibet hanc legem *ANSEGISVS libr. II. cap. 26. p. 743.* Lapsus est *FRANCISCVS DE ROYE*, qui eam *Carolo magno* tribuit, de *missis dominic. libr. I. cap. 17. p. 75.*

** *antiquir. Ital. medii æui rom. I. p. 454.*

*** spectant huc leges *CAROLI*

magni capitular. I. ann. DCCCXII. cap. 5. rom. I. p. 492. apud *ANSEGISVM libr. III. cap. 80. p. 769.* *LYDOVICI pii capitul. ann. DCCCXXIX. tit. 2. cap. 3. rom. I. p. 665.* *CAROLI calui tit. 52. cap. 11.* *rom. II. p. 233.* *LOTHARII leg. Longob. libr. II. tit. 41. §. 4.* *contestas velim FRANCISCVM DE ROYE de missis domin. libr. I. cap. 14. p. 64. sq.* et *CASP. SAGITTARIVM in antiquir. ducar. Thuring. lib. IV. cap. 17. §. 21. p. 288.*

id in more positum ac repetitis principum legibus confirmatum, vt missi populi agerent conuentus atque in illis ritu solemniori iure dicendo, animaduertendo in sceleros, constituendo iudices, partibus suis satisfacerent. Huiusmodi conciliorum varia quum fuerint genera, *generalia* cum *specialibus* ne confundantur et misceantur, cauendum est. Illa semel maio mense celebrata sunt, de quibus fusius *EDOUICI pii* * lex exposuit, eum in finem instituta, vt de singulis rebus tractarent missi, quæ ad officium eorum pertinebant. Iis omnes prouinciæ incolas, tam sacri; quam profani ordinis, interesse oportuit **. Hæc quater in anno habita sunt, vt ius cuique tribueretur, de quibus hæc *CAROLVS magnus* ** decretuit: *volumus, vt propter iustitias, quæ vsque modo de parte comitum remanserunt, quatuor tantum mensibus in anno missi nostri legationes nostras exerceant, id est, in hieme ianuario, in verno aprili, in estate iulio, in autumnum octobri.* Quare prudenter statutum fuit, vt eo tempore, quo missi ius dixerunt, nulla essent comitum iudicia *: *vt omnes reipublicæ; aut prouinciæ ministri, vassi dominici, vassi comitum, omnes, quicumque et quorumcumque homines in iisdem parochiis; vel comitatibus commaneant, sine vlla personarum exceptione; vel excusatione ad comitia ista venirent* **: vt presentes essent comites cum scabinis, in quorum comitatu comitia fiebant ***, vt alia iam præteream. Vtrique conuentus *placiti* * nomine in antiquis moni-

* *capitular. ann. DCCCXXIII. cap. 26. tom. I. p. 641.*

** *conf. capitular. LVDOVICI pii ann. DCCCXIX. cap. 28. tom. I. p. 618.*

*** *capitular. ann. DCCCXII. cap. 8. tom. I. p. 498.*

* *conf. FRANC. DE ROYE libr. I. de missis domitie. cap. 3. p. 93.*

** ita loquitur *CAROLVS caluus capitular. tit. XXIII. cap. 2. tom. II. p. 89. adde ANSEGISVM libr. IV. cap. 71. tom. I. p. 790.*

*** *vide leges Longobard. libr. II. tit. 53. §. 20. p. 654. conf. LVD. ANT. MVRATORIUM in antiquir. Ital. medi. æui tom. I. p. 457.*

* *placiti* vocem latius patere et de quouis conuentus genere a vetustis scriptoribus adhiberi, præter alios, *CAROLVS DV FRESNE glossar. med. et infim. latinir. tom. V. p. 517-599.* huc adductusque præstantissimis auctorum essatis comprobauit. Quare

monimentis vtuntur; ii vero, qui iuris dicendi caussa in-
 fituti sunt, haud raro *malli* et *malla* adpellantur **. De
 loco et tempore, quando instituendi sint conuentus, va-
 riar leges ab imperatoribus fuerunt latae: quam in rem le-
 ctorem ad FRANCISCVM DE ROYE *** et LVD. ANT. MV-
 RATORIVM * ablegamus. Sufficiat, hoc loco monere,
 tribui *placiti* nomen sententiae, a missis de litibus pronun-
 tiatae litterisque consignata. Quem modo laudauimus,
 vir summus, MYRATORIVS ** in lucem primus produxit
placitum Taurinense; quod anno DCCCXXVII. editum
 fuit. Ex illo luculenter cognoscimus, hunc fuisse in pla-
 citis, id est, conuentibus missorum seruatum ordinem, vt
 primum locus missus: secundum sacrorum antistes: ter-
 tium comes: quartum vassi imperatoris: quintum iudices
 imperatoris, qui legum periti missis praesto erant: sextum
 scabini comitis; septimum denique scabini ciuitatis Tau-
 rinensis occuparent.

§. XI.

Quum iam de missis eorumque officiis et auctoritate
 exponeremus, consulto ea omnia praetermissimus silentio,
 qua ad homines resque sacri ordinis spectant, vt in vnum
 locum reseruata, accurate, distincte et diligentius enar-
 rentur.

Quare non solum comitia veterum
 Germanorum vniuersalia; sed etiam
 populi conuentus, a missis coactos,
 significandi, vim habet. Confirmant
 hanc rem leges CAROLI magni apud
 ANSEGISVM *libr. IV. cap. 71. p.*
790. et libr. V. cap. 294 p. 883.

** vox *mallus* quum in primis loci
 nomen esset, vbi iudicia missorum et
 conitum fiebant, ad ipsos conuentus
 iudiciae deinde translata est. Le-
 gas, quae hanc in rem differunt:
 MELCH. GOLDASTVS *tom. I. script.*
rer. Alem. p. 106. CAROL. DV
 FRESNE *dict. loc. tom. IV. p. 371.*

HENR. SPELMANNVS in *glossar.*
p. 387. IO. GEORG. WACHTERVVS
 in *glossar. Germ. p. 1027.* HERM.
 ADOLPHVS MEINDERS' de *iudic.*
centenar. p. 88. IO. FRIDERICVS
 PFEFFINGERVS in *Vitriar. illustr.*
tom. II. p. 826. vbi non solum alios
 quoque lectori commendat; sed doctae
 etiam de discrimine *malli* et *placiti*
 disceptat.

*** de *missis dominic. libr. II. cap.*
3. p. 90. sq.

* *antiquit. Ital. medii aevi tom. I.*
p. 460. sqq.

** *dict. loc. p. 480. sq.*

rentur. Quare inprimis nunc obseruamus, omnes clericos missorum potestati fuisse subiectos hosque de illis, ubi in ius fuissent vocati, dixisse sententiam. Egregium huius rei documentum exhibent leges LVDOVICI *pii* ***. Quamuis enim lubentes confiteamur, summam ista tempestate fuisse sacri ordinis eorumque, qui in illum adscripti erant, auctoritatem; praclara tamen conseruata nobis sunt testimonia, eos a potestate missorum, tamquam iudicum secularium, haud fuisse exemptos; sed ubi criminis contraxerant culpam, ab illis supplicio adfectos *: immo facultatem fuisse clericis, dignitate inferioribus, ab iniquis praesulibus ad missos prouocandi. Praeter CAROLVM *magnum*, ** recte de hac re ita loquitur LOTHARIUS ***: *vt omnes episcopi, abbates et comites, excepta infirmitate; vel nostra iussione, nullam habeant excusationem, quin ad placita missorum veniant; aut talem vicarium mittant, qui in omnibus causis pro illis rationem reddere possit.* Confirmantur haec THEODVLFII *, Aurelianensis antistitis, suffragio, qui clericos apud missos adculatos fuisse, testatur. Idem auctor est, hoc fuisse inter causas laicorum clericorumque positum discrimen, vt de illis in *mallo*, id est, plebis conuentu; de his vero in *synodo* cognosceretur; quam autem synodi huius conditio fuerit, nos quidem definire non audemus. Legas CAROL. DV FRESNE **.

§. XII.

Haec vti abunde demonstrant, sub iurisdictione missorum clericos constanti aui Carolini vsu fuisse; ita nec deficiunt testimonia luculenta, ad alias quoque sacra rei partes spectasse missorum munus. Quae supra de comitibus

D

tibus

*** leg. Longob. libr. II. tit. 53. §. 17. p. 653.
* conf. FRANC. DE ROYE de miss. dominic. libr. II. cap. 15. p. 168.
** capitul. III. ann. DCCLXXXIX. cap. 2. tom. I. p. 244.

*** leg. Longob. libr. II. tit. 45. §. 2. p. 643.
* in *paranes.* ad iudic. vers. 107. 143.
** glossar. med. et infim. latin. rom. IV. p. 333.

tibus obseruavi, de fide ac diligentia eorum inquisuisse olim imperatoris legatos eosque officii admonuisse, ea hoc loco de sacrorum præfulibus repetenda sunt. Sufficiat, ad decretum LVDOVICI pii** prouocare; nec solum consentit FLEDOARDVS***; sed aliæ quoque exstant imperatorum de hac re leges, ad probandam hanc sententiam adprime aptæ. Quem iam laudavi, LVDOVICVS pius* huius decreti auctor est: *si forte episcopus; aut comes aliquid negligentius in suo ministerio egerit, per istorum admonitionem corrigatur.* Hinc mandatum quoque fuit missis nostris, vt opem ferrent sacrorum præfulibus; vbi puniendi essent scelerati legum ecclesiasticarum violatores; aut contemtores, contra alios, qui sese illis opponebant. Insigniter ea omnia, quæ ad hunc locum pertinent, explicant CAROLOMANNVS*: *quia ad tantum, inquit, malum funditus eradicandum et tantum bonum plantandum necessè habet episcopalis auctoritas, iudiciali potestate adiuuari, placuit nobis nostrisque fidelibus in commune, vt missi dominici suis in locis ex hoc fideliter adiuuent, et LVDOVICVS pius***.* Hæc si nimis videantur obscura; aut generatim atque vniuersè pronuntiata, exemplis aliisque legibus, quibus de his rebus nominatim loquuntur imperatores, declarantur. CAROLVS enim caluus*: *missi nostri per singulas parochias denuntient, quia si episcopus; aut ministri episcoporum pro criminibus colonos flagellauerint --- si seniores colonorum indigne tulerint et aliquam vindictam inde exercere voluerint; aut eisdem colonos, ne destruantur, contendere præsumserint, sciant, qui et bannum nostrum component et simul cum excommunicatione ecclesiastica, nostram barnis-*

** capitular. ann. DCCCXXVIII.
rom. I. p. 657.

** hist. eccles. Rbem. lib. II. cap.
18. rom. XVII. bibl. max. patr. p.
542.

* capit. ann. DCCCXXIII. cap. 26.
p. 641.

** capitular. tit. III. cap. 9. rom. II.
p. 288.

** capitul. ann. DCCCXXIII. cap. 26.
rom. I. p. 641. et capitul. ann.
DCCCXIX. cap. 18. p. 617.

*** capitul. tit. XI. cap. 9. rom. II.
p. 56. adde DE ROYE dict. loc. lib.
II. cap. 12. p. 143.

harmiscaram, id est, interprete IACOBO SIRMONDO *, multam grauiorem, durissimam, *sustinebunt*. Eodem modo commissum fuit id nostris legatis, vt in eo omnem curam ponerent, ne abuterentur iure facultateque, sacrorum ministros constituendi, qui per eminentiam *patroni* adpellari solent, contra *præfulum* voluntatem, quorum consensione omnino opus fuit, id quod EX LVDOVICI *pii* ** decreto colligitur, quam in rem FRANCISCVS DE ROYE *** multa et scite disputauit. Denique quod perpetua dignum est commemoratione, a nobis nequit pratermitti, missos dominicos electionibus episcoporum non solum interfuisse; sed summa etiam auctoritate in id omne studium contulisse, ne quid perageretur, quod diuinis humanisque legibus esset contrarium; sed vt ii ad sacra gubernanda ad mouerentur, qui doctrina, prudentia vitæque integritate alii præstabant. Egregia nobis superest *missorum* Ludouici *pii oratio* **, quam ad clericos et plebem, nescio cuius sanctioris cætus, quum ad eligendum antistitem conuenissent, habuerunt. In illa diserte exponunt, misisse illos imperatorem, vt, concessisse eum plebi et clero, episcopum eligendi, facultatem, nuntiarent, ac de officii sacri præfulis copiose, prudenter et scite verba faciunt. Iure ei addimus *epistolas* duas **, quas Senonenses ad Hilduinum, archicapellani Ludouici titulo dignitateque conspiciunt, eiusdemque imperatoris vxorem, Iuditham, dede- runt, quum missi factam ab illis electionem nollent adpro-
D 2 bare

* *not. ad capitul. rom. II. p. 766.*

eccles. discipl. libr. I. cap. 241. p. 118.
edit. BALVZII.

** *conf. capitul. ann. DCCXXIX. tit. I. cap. I. rom. I. p. 663. apud ANSEGISVM libr. V. cap. 98. p. 841. addit. IV. cap. 95. p. 1213. adde CAROLI calui capitul. tit. 37. cap. 2. rom. II. p. 198. sq. tit. 46. cap. I. p. 233. sqq. et cap. 2. p. 236. decretum LOTHARII leg. Longobard. libr. III. tit. I. cap. 43. p. 671. et REGINONEM de*

*** *de missis dominic. libr. II. cap. 2. p. 143.*

** *existat inter formulas antiquas de episcopatu, quas post IAC. SIRMONDVM, STEPH. BALVZIIVS capitularibus regum Franc. adiunxit, num. VI. rom. II. p. 601.*

** *inter memoratas formulas num. XII. p. 610. et num. XIII. p. 611.*

bare. Accedit testis locuples grauissimusque, ADRIANVS papa, qui Leonem, Rauennatensem episcopum, præsentibus missis, electum fuisse, tradit*: *quia, quando Sergius archiepiscopus obiit, in electione Leonis archiepiscopi fuerint missi vestri Hucbaldus et pares sui; alibi autem Tulpino***, qui Rhemenfium sacris præfuit, hoc mandatum dedit, *vt cum missis Caroli, Francorum regis, inquirat de ordinatione Lulli, Moguntini episcopi, eius fidem, doctrinam, conuersationem, mores et vitam inuestiget*. Huius testimonii eo maius est pretium, quo firmiori argumento non solum quanta isto æuo missorum fuerit existimatio, inde conficitur; sed etiam nouam atque antiquitati inauditam esse potestatem, de episcoporum electionibus cognoscendi, quam posteriori: immo barbara atate sibi soli adrogauit Romanus pontifex. Confirmarem hæc, quæ iam edisseruimus, illustri ipsorum Romanorum præfulum exemplo; nisi decreuissimus, de his infra dataque opera disceptare. Nec tamen nobis temperamus, quin adiungamus Adriano, IOANNEM VIII, qui ad Hincmarum Rhemenfem litteras*** misit atque hæc protulit: *cui electioni volumus etiam missum præfati piissimi imperatoris interesse, vt sine secularium strepitu omni latere talis eligatur, qui aptus sacris canonibus esse omnibus adprobetur*. His adde, quæ STEPHANVS BALZIVS*, LYDVIC. THOMASSINVS** et FRANCISCVS DE ROYE*** alii que hac de re disserunt.

§. XIII.

* exhibent ADRIANI ad Carolum litteras IAC. SIRMONDVVS concil. Gall. tom. II. p. 81. et CAROL. LE COINTE in anal. eccles. Franc. tom. VI. p. 85.

** conseruata nobis est hæc epistola a FLODOARDO histor. eccl. Rhem. libr. II. cap. 17. tom. XVII. bibl. max. par. p. 541. et CAROL. LE COINTE dict. loc. p. 100.

*** conf. FLODOARDVM dict. loc. libr. 3. p. 412.

* in not. ad formul. tom. II. capit. p. 1299.

** in vet. et nou. eccles. discipl. part. II. libr. II. cap. 22. §. 10. p. 369.

*** de missis dominic. libr. III. cap. 3. p. 202. sq.

§. XIII.

Accedit, mandatum fuisse missis, vt sedulo de eo dispicerent: num sacri ordinis viri tam episcopi; quam presbyteri et diaconi; ii tamen inprimis, qui solitariam amplexi erant viuendi rationem, morum sanctitatem integritatemque sectarentur? Hæc vt recta ratione comprobemus; nec iusto copiosiores simus, sufficere nobis videntur *capitula* CAROLI magni **, quæ ann. DCCCII. missis præscripsit. Tacemus de illis, quæ CAROLVS caluus *** præcepit, quum fufius ea enarraret, quæ de rebus sacris a missis erant peragenda. Quum Ludouicus pius, cuius singularem in constituendis rebus monasticis diligentiam alibi prædicauimus, ab Amalario, diacono Metenli, *librum de vita clericorum* curasset conficiendum, illum per missos in prouincias ad episcopos misit eosque adhortatus est, vt sedulo leges, ibi datas, obseruarent. Testis de hac re est, qui vitam Ludouici pii litteris consignauit, *apronomi* nomine posterorum memoria commendatus *, idemque facile probatur ipsis LVDOVICI litteris, quas ad Senonensem, Burdigalensem et Iuuauensem præfules scripsit quasque, benigniori fato ad nos translatas, IAC. SIRMONDVS, ** IO. HARDVINVS ***, CAROLVS LE COINTE * et STEPHANVS BALVZIVS** iuris publici fecerunt ***. His
D 3 addi-

** *capitula* illa exhibent ANDR. DV CHESNE *scriptor. hist. Franc. rom. II. p. 186.* CAROLVS LE COINTE *annal. eccles. Franc. rom. VI. p. 781.* STEPH. BALVZIVS *capitular. rom. II. p. 375.* adde ANSEGISVM *libr. I. cap. 116. rom. I. p. 726. et capitul. V. ann. DCCCVI. cap. 4. p. 453.*

*** conf. ST. BALVZIVM *capitular. rom. II. p. 53, sqq. et not. ad Lup. p. 517.*

* *vir. Lud. pii* apud PETR. PITHOEVUM *script. hist. Franc. XI. p.*

368. adde ex recentioribus illustrissimum HENRICVM comitem DE BUNAV in *der teurfischen Kaiser- und Reichsb. rom. III. p. 31, sqq.*

** *rom. II. concil. Gall. p. 426. 428. 675.*

*** *concil. rom. IV. p. 1178. 1179. annal. eccl. Franc. ann. DCCCXVII.*

§. 139.

** *capitular. rom. I. p. 553. et 561.*

*** *exstant de hac re alie quoque imperatorum leges CAROLI magni apud ANSEGISVM libr. V. cap. 143. rom. I. p. 851. PIPINI leg. Longob.*

addimus *capitula nouitiorum* *, in monasterio S. Galli edita, quibus constat, missos fuisse eo consilio delegatos, vt rituum in omnibus monasteriis consensus et concordia fieret. Ex recentiorum numero nonnulla de hac re edisseruerunt PETRVS DE MARCA **, STEPHANVS BALVZIVS, *** FRANCISCVS DE ROYE *, LVD. THOMASINVS **, IVST. HENN. BOEHMERVS *** et IO. LAVR. FLEISCHERVS *.

§. XIV.

Præterea, bonorum ecclesiasticorum possessionumque, quæ ad monachorum domicilia spectabant, curam gesserunt missi. Officii huius varias esse partes, quisque videt, quas quum nimis longum foret nominatim persèqui singulaque, adductis historiæ monumentis, comprobare, strictim illas potius attingere; quam enarrare, liceat. Missis ergo impositum fuit, vt reditus, census, vectigalia et quodcumque templis; aut monasteriis fructum redderet, in tabulas referrent **: vt sana ac monasteria, vbi collapsa erant, citarent restituenda *** ac noua, vbi opus esset,

libr. I. tit. 3. cap. 27. p. 669. et capitular. cap. 12. tom. I. p. 537. CAROLI calui capitul. tit. 15. cap. 11. p. 70. tit. 37. cap. 1. p. 203.

* conf. *ver. discipl. monast. quæ Paris. MDCCXXVI. prodit. p. 34.*

** de *concordia sacerdot. et imper. libr. IV. cap. 7. §. 6. lqq. p. 350.*

*** *nor. ad capitul. rom. II. p. 1261.*

* de *missis dominic. libr. III. cap. 2. p. 195. lqq. cap. 5. p. 216. sq.*

** in *ver. et nou. eccles. discipl. part. II. p. 1843. lqq.*

*** *select. obseru. eccles. quæ PETRI DE MARCÆ præstantissimo operi subiecit, p. 102. sq.*

* in *der Einleit. zum geistl. Rechts libr. I. cap. 28. §. 4. p. 227.*

** testantur de hac re, quæ decreuit CAROLVS magnus *capitular. V. ann. DCCCVI. cap. 4. et 5. tom. I. p. 453. et apud ANSEGISVM libr. I. cap. 116. et 117. p. 726. ac capitular. III. ann. DCCCXII. cap. 7. p. 498. apud ANSEGISVM libr. III. cap. 82. p. 769. CAROLVS caluus capitular. tit. XI. cap. 1. tom. II. p. 53. cap. 2. 3. et 5. p. 54. quibus addatur FLORDOARDVS *bisfor. eccles. Rhem. libr. III. cap. 28. p. 591. et LVPSVS Ferrariensis in epistol. LXXX. p. 121. ed. BALVZII.**

*** conf. *leges LVDOVICI pii capitular. ann. DCCCXXXIX. tit. I. cap. 9. tom. I. p. 665. libr. III. leg. Longob. tit. I. cap. 45. p. 671. CAROLI magni apud ANSEGISVM libr. V.*

esset, extruenda *: vt alimenta viris virginibusque, dedicatis, suppeditarent, designarent atque ordinarent, ne monachi propter inopiam negligentius officio suo satisfacerent; virgines vero ad turpe et vitiosum vitæ genus declinarent **. Hunc in finem eos non solum prædia aliosque prouentus de fisco regio assignasse sacri ordinis viris, varia demonstrant diplomata ***; sed ad id etiam omnem curam ac diligentiam adhibuerunt, vt decimæ nonæque ac præcipue census, quos ex fundis et prædiis, feudi loco aliis traditis, sacrorum ministri et monachi exigebant, rite soluerentur *. Pari modo maxime cauere et prouidere debuerunt, ne fundi bonaque ecclesiastica venderentur; aut alienarentur; aut sine commodo cum aliis permutarentur **. Nec minus vbi de fundo; aut possessione templi ac monasterii lis erat, de ea iudicium ferebant missi ac, pronuntiata sententia, componebant controuersiam. Id quod tam ex edictis principum, quibus frequenter et sedulo admonentur missi, vt *iustitias ecclesiarum et monasteriorum faciant* ***; quam exemplis iudiciorum

cap. 143. p. 852. REGINONEM de eccles. discipl. libr. I. cap. 37. p. 47. ed. BALVZII.

* vid. concil. Mogunt. quod sub Carolo magno ann. DCCCXIII. constitutum fuit, can. XX. apud CAR. LE COINTE annal. eccles. Franc. tom. VII. p. 241.

** spectant huc varia CAROLI calui decreta, capitular. tit. XI. cap. 1. p. 53. et tit. XXXVIII. cap. 1. p. 204. conf. FRANC. DE ROYE dict. loc. libr. III. cap. 7. p. 231. et cap. 8. p. 239.

*** conf. AVB. MIRÆVM oper. diplom. tom. II. p. 1127. edit. FOPPENS: SCAEVOLAM et LVDOVICVM SAMMARTHANOS in Gall.

christian. tom. III. p. 43. et IOANN. HEYMANNVM comm. de re dipl. p. 198.

* de his multa ac præclara testimonia congesit FRANC. DE ROYE de missis dominic. libr. II. cap. 8. p. 120. sq. et libr. III. cap. 8. p. 235. sq.

** conf. capitular. LVDOVICI pii ann. DCCCXXIX. tit. 2. §. 5. p. 670. apud ANSEGISVM libr. V. cap. 110. p. 842. et CAROLI calui tit. 37. cap. 6. p. 198. et tit. 45. cap. 8. p. 231.

*** conf. CAROLI magni capitular. II. ann. DCCCII. cap. 19. tom. I. p. 372. capitular. IV. ann. DCCCVI. cap. 1. p. 449. cetera: adde FLODOARDVM histor. eccles. Rhem. libr. II. cap. 18. p. 542.

rum potest intelligi, quæ missi de huiusmodi controuersis tulerunt *.

§. XV.

Quum ex his, quæ iam enarrauimus, clare patet, quod summa fuerit missorum dominicorum auctoritas quodque illi ius potestatemque habuerint, de rebus ecclesiasticis hominibusque sacri ordinis dicendi sententiam, ad ea progrediamur, propter quæ hanc scribendi rationem ingressi sumus, Romanosque præfules missis nostris subiectos fuisse, demonstremus. Probandum hoc est exemplis, quorum memoria in præstantissimis atque incorruptis monumentis nobis conseruata est. Eorum tanta est dignitas ac vis, ut omnia, quæ in contrariam partem adferri possunt, nægamenta, sicut sol tenebras, dissipent et, quæ vere gesta sint, omnibus ostendant, qui veritatem cognoscendi, et facultatem et voluntatem præ se habent. Reperenda sunt a Caroli magni ætate, quem primum præcipuumque missorum dominicorum auctorem esse, supra diximus, ideo quod is primus Romam cum summo iure potestateque tenuit eiusque vrbs principatum patriciatus titulo sibi adquisiuit. Quod quamuis supra omnem dubitationem nostra hac ætate collocatum sit, argumentis, quæ arrogantia ac tyrannidis pontificis statores et vindices parum prudenter; nec exitu fortunato, opposuerunt, docte et scite confutatis; nec tamen a nobis hoc loco potuit silentio prætermitti, quia in illo, tanquam fundamento firmo, tota nostra disputatio innitatur. Hoc imprimis constanter recteque tenendum est, Romanam urbem in Caroli potestate et iurisdictione fuisse, antequam sub initio sæculi noni post salutarem virginis partum a Leone tertio populoque Romano lætis auspiciis et solemnè adclamandi ritu imperatoris Augusti titulum nomenque

* consulas FRANC. DE ROYE de missis dominic. libr. II. cap. 8. p. 118. 119. et libr. III. cap. 9. p. 242. 199.

STEPH. BALVZIVM miscell. libr. III. p. 16. 97. 114. et CAR. LE COINTE annual. eccl. Franc. tom. VII. p. 784. 19.

que consequeretur **. Titulo enim patricii ann. DCCLXXIV. delatum fuit Carolo summum ius in Romanos, vt grati animi officium persolueret senatus populusque Romanus, cuius primarius ciuis atque interpres Leo fuit, quum urbem, a Græcis desitutam, liberasset a feruitutis Longobardica iugo, quod illis imminabat ***. Atqui ab eo tempore summa Caroli potestas non solum culta sacrisque præclaris, quæ non nisi ab imperatore et Romæ domino possunt perfici, confirmata; sed etiam a pontificibus agnita fuit. Adrianus I. enim hoc apertis conceptisque verbis est confessus *; Leo autem, transmissis Carolo, nondum consecrato imperatori, clauibus et vexillis, quæ summi iuris et magistratus erant signa, idem testatum fecit rogauitque Carolum, vt mitteret legatum, qui sacramento ciues illi obstringeret **. Quæ quum ita sint comparata, nullus sanè relictus est dubitandi locus, Carolum ius facultatemque habuisse, æque Romanam ***; ac in

E

alias

** grauisima est inter eruditos viros de tempore, quo Carolus magnus summam in urbem Romam potestatem sibi adquisiuit, dissensio; nec tamen fieri potest, vt iam varias eorum sententias recenscam et quibus argumentis quisque vtatur, exponam. Sufficiat, lectorem ad doctos viros ablegare, qui in enarranda et confirmanda rectori sententia laudabilem operam collocarunt: FRID. SPANHEMIVM *miscell. sacr. libr. IV. diff. 3. §. 5. tom. II. oper. p. 562.* PETR. DE MARCA *de concord. sacerdot. et imper. libr. III. cap. II. p. 269. sqq.* CAROL. LE COINTE *in annal. eccles. Franc. tom. VI. p. 565.* LE BLANC *in dissert. historique sur les monnoies de Charlemagne cap. IV. p. 20. sqq.* CONR. SAM. SCHVZFLERSCHIVM *de diuis. imper. Carol. p. 888. diff. historic. polit. BVRC. GOTTH.*

STRYVIVM *in corp. hist. German. period. IV. sect. 1. §. 25. 26. p. 136. et §. 33. sqq. p. 144. illustrissimum* HENRICVM BYNAVIVM *in der deutschen Kaiser- und Reichshist. tom. II. p. 506. et celeberrimum virum, IO. DAN. SCHOEFFLINVM in comment. histor. et crit. p. 138. sqq.*

*** conf. IO. FRID. PFEFFINGERVM *Viviar. illustr. tom. I. p. 354.*

* vid. HENR. BYNAVIVM *dict. loc. p. 507.*

** consule CAROLVM LE COINTE *in anal. eccles. ann. DCCXCVI. §. 26. tom. VI. p. 565. et ANT. PAGIVM critic. in anal. Baron. tom. III. p. 403. sqq.*

*** PHIL. MORNAEVS *myster. inquit. p. 134. egregium excitant PAYLLI diaconi locum, missum Carolo omni tempore Romæ commemoratum esse ad deliberandas litigiosas con-*

alias imperii regniq̄ue prouincias et ciuitates delegandi missos dominicos, qui summi magistratus officio ibi fungerentur; nec solum ciues inferioris ordinis; sed ipsū quoque sacrorum præsulem, tamquam ciuem principem, sicut alios episcopos, sub illorum iurisdictione fuisse.

§. XVI.

Nec sine causa atque opera inani hæc a nobis disputari, missorum dominicorum exemplo comprobatur, qui sub Leone tertio Romæ fuerunt ac iudiciariam exercuerunt potestatem, antequam Carolus patricii nomen cum splendidissimo augustoque imperatoris titulo commutaret. Inter omnes conuenit auctoritateque ANASTASII * maxime aliorumque præstantissimorum historicorum ** effatis confirmatur, Leoni III. pontifici quamplurimos Romanos ciues inensōs fuisse atque in his Paschalem quemdam et Crampulum, qui sanguinis vinculo cum Adriano coniuncti fuerant, tantas excitasse turbas, vt anno seculi octauī ultimo die VII. cal. maii, qui in fastis sanctioribus *Italarum maiorum* nomen habet, in publica et religiosa supplicatione, quam processionem adpellamus, Leoniem adgrederentur eumque atroci atque immani scelere verberarent vulnerarentque ***. Addunt annalium auctores, deduc-

tionem in palatio sancti Petri et constituta fuisse, qualia et quanta stipendia darentur ei quotidie.

* *vir. pontif. tom. I. p. 278. edit. BIANCHINI.*

** præter ANASTASIVM, de nefando illo facinore exponunt: EGINHARDVS *vir. Caroli magni cap. 28. p. 124. edit. SCHMINCKII et anal. p. 31. edit. REYBERI: monachus Egoisuenfis vir. Caroli p. 24. edit. BOECLERI vol II. script. rer. Germ. ALCVINVS epist. ad Carol. apud HENR. CANISIVM lect. antiqu. tom. II. part. 1. p. 392. THEO-*

PHANES *chronogr. p. 322. edit. GOARII: PAVLLVS diaconus histor. miscell. apud MYRATORIVM tom. I. script. rer. Ital. p. 170. poeta Saxo in anal. Caroli p. 149. edit. LEIBNITII tom. I. script. rer. Brunsvic. ac multi alii, quorum notitiam imprimis BUNAUIVS, PFEFFINGERS et FABER, infra a nobis laudandi, suppeditant.*

*** piget, ea iam repetere, quæ a doctissimis viris de hæc quaestione: num Leonem oculis ac lingua priuauerint scelerati homines; an id saltem tentauerint? disceptata sunt, qui illud ab

Quam fuisse Leonem a sicariis in monachorum domicilium, diuo Stephano consecratum, eoque se, breui spatio interposito, et Albinum et missos regios contulisse, vt succurrerent pontifici eumque e manibus sceleratorum eriperent. Consentunt de hac re ANASTASIUS*, *annales* EGINHARDI**, *Loisliani****, *Metenses** et monachus *Egolfinensis*** VVirundumque abbatem et VVinegisum***. Spoletanum ducem, ista tempestate *missi dominici* titulo dignitateque conspicuos fuisse, confirmant, quamuis de VVinegisio discrepent, quem nonnulli Romae presentem; alii vero cum exercitu ab vrbe abfuisse, breui tamen quasi aduolasse, referunt. Neque id abhorruit ab aui Carolini institutis, siquidem plerumque ex vtroque ordine missos delectos fuisse, supra monuimus. VVinegisus Leonem in tutelam recepit ac secum Spoletum abduxit, vbi non solum VVinegisus rem Carolo nuntiauit; sed ipse etiam Leo,* a Carolo arcessitus,

E 2

iter

instituti nostri rationibus omnino alienum est. Ex pontificis adlectis legas NATAL. ALEXANDRVM in *histor. eccles. rom.* VI. p. 660. ex protestantium vero ordine ro. HERM. SCHMINGKIVM *not. ad Eginb.* p. 124. IO. GOTTL. FARRVM *diff. de Leone III.* p. 29. sqq.

* *dict. loc.* p. 278.** *ann.* DCCXCIX. p. 31.

*** *ann.* DCCXCIX. apud ANDR. QVERCETANVM *rom. II. script. rer. Franc.* vbi haec leguntur: qui, quippe LEO, in custodia missus, noctu per murum euasit et ad legatos domni regis, qui tunc apud basilicam S. Petri erant, VVirundum scilicet abbatem et VVinegisum Spoletanum ducem veniens, Spoletum est deductus; auctor vero carminis, quod de Leonis aduentu apud CANISIVM *lect. antiqu.* rom. II. p. 488. ita de Leone canit:

*audit, Italiam missos venisse fideles
Francorum et solitam Romanis ferre
salutem*

non voluisse, cet.

* *ann.* DCCXCIX. apud eundem QVERCETANVM *dict. loc.*** *cit. loc.*

*** de Winichiso multa et praecleara disserit illustrissimus HENRICVS BYNAVIVS in *der deutschen Kaiser- und Reichsb.* rom. III. libr. III. cap. 3. §. 14. p. 703. sqq. adde LVD. ANT. MYRATORIVM *not. ad chron. Karf.* rom. II. *part. 2. script. rer. Ital.* p. 359. sq.

* ALCVIVS; siue quisquis poematis auctor sit, haec a Leone fuisse pronuntiata, testatur:

me quoque vobiscum ad vestrum duccis opimum.

*regem, qui iusto nostros examinet actus
iudicio et vindex scavisum verbera
nostra*

vindicet.

in *carm. de Carol. magno et Leonis ad Carolum aduentu* apud HENR. CANISIVM *lect. antiqu.* rom. II. *part. I.* p. 480. edit. BASNAGII.

iter in Franciam suscepit. Nec defuit partibus eius Carolus; sed honorifice illum Paderbornæ excepit, et, cognita causa, Romam redire iussit cum missis, quos pontificis comites esse, voluit **. ANASTASIO acceptum ferimus, quod diligenter nomina legatorum expresserit. Huius enim testimonio, quod doctè et rectè interpretati sunt ANT. PAGIVS, *** CAR. LE COINTE * et LVD. ANT. MYRATORIVS, ** manifesto constat, Carolum missos constituisse ex præfulum ordine Adelboldum Coloniensem, sacri palatii archicapellanium, et Arnonem Iuuauiensem archiepiscopos: Bernhardum Vormatiensem: Azonem, Frisingensem ac Theffen; siue potius Iessen, Ambianensem episcopos et Cunibertum, cuius officium dignitasque obscura nobis est et incerta; ex comitibus vero Elnegetum, Rothegarium ac Germanum. Felicitè ergo et latis auspiciis Romam rediit Leo cique, quasi ex inimicorum clade triumphanti, ciuitas obtuam processit ***; legati verò imperatoris de turbis, Romæ excitatis, ac tantis sceleribus cognoscere, coeperunt Paschalemque et Crampulum aliosque facinoris conscios, custodia tradiderunt. Atvero sententiam ferre, quum nimis arduum videretur ac difficile, reseruarunt id Carolo *. Qui quum Romam venisset sequè Leo, factò iureiurando, a culpa liberasset **, seditionis auctores ex vrbe eiecit et in Gal-

** conf. ANASTASIVM *vir. pontif.* p. 286. *Annalium Francorum*, quos PETRVS LAMBECIVS primus in lucem produxit; *comm. de bibliotheca ces. libr. II. cap. 5. p. 377.* auctor ann. DCCIC. hæc scripsit: *postea cum pace et honore magno eum remisit ad propriam sedem et missi domini regis deducebant eum honorifice.*

*** *critic. in annal. Baron. rom. III. p. 419.*

* *annal. eccles. Franc. rom. VI. p. 695.*

** *hystor. Ital. rom. I. p. 489.*

*** consentiunt de hac re ANA-

STASIVS, poeta Saxo, ALCVINVS aliique, quorum supra feci mentionem, historiarum scriptores.

* legas LVD. ANT. MYRATORIVM. *hystor. Ital. rom. IV. p. 488.* qui ANASTASIVM bibliothecarium eosque omnes, qui auctoritate illius decepti, Paschalem ceterosque a missis fuisse proscriptos, credunt, manifesti erroris conuincit.

** vid. ANASTASIVM *vir. pontif. rom. I. p. 282.* et CAESAR. BARONIVM *annal. eccles. rom. IX. p.*

531.

Galliam deportari iussit. *** Conferenda sunt, quæ hanc in rem enarrarunt: CAR. SIGONIVS *, ANTON. PAGIVS, ** CAR. LE COINTE, *** NATALIS ALEXANDER, * CLAVD. FLEURY, ** FRANCISCVS BRVYSIVS, *** HENR. BVAIVS, * IVD. ANT. MVRATORIVS, ** IOSEPH. DE LA BARRE *** et IO. GOTTL. FABER *, vt illos silentio præteream, qui aut Caroli; aut Leonis vitam resque gestas exposuerunt.

§. XVII.

Hæc quum commemoramus, tum non possumus nobis temperare, quin hoc loco contentionum ac contro- uersiarum faciamus mentionem, quæ Carolo cum eodem Leone de missis nostris intercefferunt, quod argumento nostro multam lucem adserunt et ad confirmandam rectio- rem de missorum in Romanum pontificem auctoritate opi- nionem adprime idoneæ sint. Ad nostram ætatem peruene- runt LEONIS epistola **, quas ad Carolum perferipit, æque auctoritatis et potestatis missorum; ac arrogantia pontifi- cum

E 3

*** testes sunt EGINHARDVS *ann. ann. DCCCI. p. 21. Sangallensis vite Caroline scriptor libr. I. cap. 28. p. 67. edit. BASNAGII tom. II. part. 3. lect. antiqu. Canis. HUGO Flaminia- censis chron. Verdunens. apud P. H. LAEBEVV bibl. manusc. p. 114.*

* *hystor. de regn. Ital. libr. IV. p. 800.*

** *crit. in annal. Baron. tom. III. p. 417. sqq.*

*** *annal. eccles. Franc. tom. VI.*

P. * *bist. eccles. rom. VI. p. 660. sqq.*

** *bist. eccles. rom. X. p. 22. sq.*

*** *hystoir. des Papes tom. I. p.*

594. sqq.

* *in der teutschen Kaiser- und Reichsbist. tom. II. p. 522. sqq. et*

533. sqq.

** *in bistor. Ital. tom. IV. p. 484. sq.*

*** *in bistor. German. rom. I. p. 881. sqq.*

* *in doctissima diss. de Leone III. quam in Tubingeni literarum domicilio ann. MDCCXVIII. in lucem emisit, §. VII, VIII. et IX. p. 27. sqq.*

** primus eas in lucem produxit publicam HERMANNVS KONRIGVS easque hac inscriptione: *Leonis III. papæ epistola ad Carolum magnum imperatorem. Capitulare Caroli M. de villis suis, ornatas, Helmst. ann. MDCXVII. edidit, quamuis nonnulla fragmenta epistolæ I. quæ ad hunc locum spectant, MATTH. FLACIVS in catalog. rest. verit. tom. I. tit. 87. p. 100. exhibuerit. Bonæ frugis plene sunt illæ litteræ, quæ deinceps in conciliorum collectiones translate sunt et ad illustranda æui Carolini moni- menta præclare faciunt.*

cum testes locupletes. Ex his enim abunde colligitur, legatos imperatoris, quos in Italiae provinciis constituerat, maiorem curam ac diligentiam ad conservanda imperatoris iura eaque ab ipsorum pontificum conatibus vindicanda adhibuisse; quam quantum Leo desiderabat, hincque se illis, quæ hic iniuste postulabat, opposuisse. Conqueritur sane LEO *** de iniuria, ipsi a missis facta, atque inter alia hæc profert: *misit pia serenitas vestra missos suos, ut iustitiam nobis facere debuissent; sed magis damnum; quam profectum nobis fecerunt.* Quæ licet luculenter testentur, loqui Leonem de missis dominicis; obscuriora tamen sunt; quam ut vera eorum sententia definiri possit. At vero ex iis, quæ consequuntur, colligimus, legatos imperatoris Leoni controuersiam et litem intulisse de tributis et aliis redditibus, quos pontifex ex Rauennatenfi provincia, quæ barbara *exarchatus* voce in historiarum monumentis designatur, a Pipino pontifici oblata, exigebat: Leonem prouocasse hanc ob causam ad Carolum huiusque iudicio ea, quæ in disceptationem erant aduocata, Leoni fuisse ad iudicata; breui tamen venisse missos alios, qui pari modo papæ litem inferrent. Quæ ad hanc Leonis epistolam responderit Carolus, aliis litteris * ipse LEO haud obscure significauit. Refert, venisse ad eum missos Caroli ipsique et imperatoris epistolam; et *capitularem*, id est, quod supra comprobatum fuit, præcepta de iis, quæ cæsaris nomine peragere debuerunt, reddidisse; *capitulum* vero *sextum* summo eum adfecisse dolore. Manifesto declarat, quoscumque Carolus in Italiae provincias, quas Leo tenebat, miserit, illos fuisse inuisos, odiosos et iniquitatis apud Carolum aduersatos, ideo quod agre ferebat, studio, cura et diligentia missorum imperatoris in Italia ius potestati- que

*** *epistol.* X. existat etiam apud CAROL. LE COINTE *annal. eccles. Franc. tom. VII. p. 99.*

* *epistola I.* quam post decimam

scriptam esse, recte iudicauit HERM. CONRINGIUS: adde CAR. LE COINTE *dict. loc. p. 100.*

que augeri et confirmari; pontificis vero contrahi, id est, iustis terminis circumferibi et desiniri. Quæ subiecit LEO: *et non solum missi vestri timent, vestram portare legationem ad nostram pusillitatem; verum etiam alii non sunt ausi, querere a vobis auxilium, quia nullus est, qui vestram quaesivit clementiam, ut dicunt, qui postmodum ad plenam peruenire potuisset gratiam;* abunde testantur, isto æuo in more fuisse positum, ut ciues, pontifici subiecti, vbi ab illo tulerunt iniuriam, ad caesaris sententiam iudiciumque rem deferrent sicque in summam pontificis incurrerent offensionem. Nihilominus ingenue, id iniuste fieri, negat LEO; sed rogat potius, ne fidem haberet imperator seditiosis ac nefariis hominibus, qui animum eius a Leone alienare et dissidia inter vtrumque excitare, sibi fumerent, et missum ablegaret, qui sedulo de omnibus inquireret. His adductus fuisse videtur Carolus, ut Helmengaudum et Humfridum comites in Italiam mitteret, qui lites et controuersias componerent. Documento nobis certe est LEONIS epistola*, quam ann. DCCCVIII. litteris consignatam fuisse, ex iis, quæ de rebus Britannicis ibi enarrantur, recte coniecit CONRINGIVS. Duplex ibi fuit Leonis contra missos dominicos postulatio: altera, quod per singulas ciuitates constituerint iudices, id quod sanctissimis imperatorum legibus mandatum fuisse, supra ostendimus: altera, quod multas reorum fisco regio addixerint et exegerint. Neque hoc quidem repugnasse institutis Francorum, testimonio *adpendicis Eutropiane* comprobauit HERM. CONRINGIVS. Controuersias has

* *epistol. V.* Arduolphum Northumbriae regem ann. DCCCVIII. a ciuibus expulsum, ad Carolum venisse, consentiunt, quotquot de hac re exponunt Francorum annales: conf. illustrissimum BVAŒAVIVM *dicti, loc. p. 555.* Helmengaudum et Humfridum comites missos fuisse, *embolium* docet, *epistola huic quinta* subiectum. De Helmengaudo obseruat HERM. CON-

RINGIVS *not. ad epistol. V.* illum eundem esse, quem Carolus ann. DCCCII. Constantinopolim ad consciscendam eam Irene, Graecorum imperatrice, pacem miserit. Eodem Romam rediisse, ut auspiciis Pipini controuersiam finirent, docet nos *epistola VI* vbi Helmengaudus et Humfridus *gloriosi comites* appellantur.

has denique a Pipino, Italia rege, compositas fuisse, ex alia LEONIS epistola * recte colligimus. Ex recentiorum numero de hac re exponunt CAROL. COINTE, ** ANTONIVS PAGIVS, *** HENRICVS comes de BUNA * et LVD. ANT. MYRATORIYS. **

§. XVIII.

Gesta hæc sunt sub Carolo imperatore; nec tempore Ludouici pii, filii eius, imminuta fuit missorum auctoritas; sed insignia exstant documenta, legatos imperatoris Romæ fuisse iudices et de causis pontificis cognouisse. Quam Carolus de hac vita decessisset, instaurata fuerunt Romæ seditionis reliquæ ac renouata. Leo certe scelerata contra eum conspirationis patefecerat signa hæcque ob causam nonnullos ex optimatibus ciuium comprehenderat adfeceratque supplicio. Id quod agre tulit Ludouicus, non quod nimium seuerè, uti vir summus, LVD. ANT. MYRATORIYS, *** suspicatur; sed, quod rectius statuit COINTE, * quod illius, non cæsaris; aut missorum dominicorum iussu in reos animaduersum esset. Misit ergo Bernhardum, quem Italia regnum; nec tamen Romæ principatum, aui beneficio tenuisse, legimus, et Geroldum comitem Romam, ut facta rei cognitone ea, quæ vsu venerant, ipsi nuntiarent. Bernhardus quidem, quum vix urbem esset ingressus, febre correptus fuit; Geroldus vero diligentius omnia explorauit et ad Ludouicum reuertit. Ipse Leo causa suæ diffusus fuisse videtur, quod legatos ad Ludouicum misit, ut liberarent eum a culpa et ab aduersationibus paucorum excusarent. Hæc ab ANASTASIO, diligentissimo rerum, a Leone gestarum, scriptore

* epistol. VI.

** in *annal. eccles. Franc. tom. VII.*
p. 99. sqq.

*** *critic. in annal. Baron. tom.*
III. p. 449.

* in *der teutschen Kaiser- und Reichsb. tom. II.* p. 583. sqq.

** *hystor. Ital. tom. IV.* p. 526.

*** *hystor. Ital. tom. IV.* p. 554.

*** *annal. eccles. Franc. tom. VIII.*
p. 346.

scriptore et interprete, silentio fuerint prætermiffa; nec tamen possunt in dubium vocari, quæ optimorum auctorum: *astronomi*,* *EGINHARDI*** *annaliumque monasterii S. Pantaleonis**** et *Bertinianorum** consensu nobis tradita sunt. Ex his fontibus hauserunt sua *BYRC. GOTTH. STRUVIVS*,** *HENR. BVNAVIVS*,*** *FRANCISCVS BRVYSIVS** aliique. Nec minus ad hunc locum spectat eiusdem Leonis epistola ad Ludouicum, cuius fragmentum ab *IVONE*** et *GRATIANO**** inter leges ecclesiasticas relatum eoque magis assimandum est, quo illustrius exhibet de missis dominicis testimonium ac nostra sententiæ adfert præsidium. Quamuis enim *GRATIANVS* litteras illas Leoni IV. tribuerit eiusque auctoritate, quæ apud pontificis Romani cultores maxima semper fuit, grauiissimi viri decepti fuerint, ex quorum ordine *PETRV M DE MARCA** et *IAC. BASNAGIVM*** nominasse, satis est; nec tamen possumus *HERMANNO CONRINGIO*** et, qui in partes eius abierunt, *CASP. ZIEGLERO** et *STEPHANO BALVZIO*** repugnare, qui

* in *vit. Lud. pii* p. 363.

** in *annal. Franc.* p. 41.

*** in *chron. reg. apud ECCARDIVM corp. hist. med. æui tom. I. p. 358.*

* *ann. DCCCXIV.*

** in *corp. hist. Germ. period. IV.*

sect. 2. §. 3. p. 152.

*** in *der reutschen Kaiser- und Reichsb. tom. III. p. 26.*

* in *histroir. des papes tom. I. p. 602.*

** in *panorm. part. V. cap. 22.*

*** *cap. nos si incomperenter. II. qu. 7.*

* *de concord. sacerd. et imp. libr. II. cap. 12. §. 5. p. 132.*

** *histroir. de l'eglise libr. VII. cap. II. §. 10. p. 407.*

*** in *nor. ad Leonis III. epist. p. ult.*

** *de episcop. cap. XXX. §. 97. p. 371.* Mirum est, *CHRIST. THOMASIVM*, quum in *nor. ad Lancellos. inst. iur. canon. p. 1215.* ea, quæ *ZIEGLERVS* *dict. loc. de iurisdictione et iudicio episcopali* copiose tradidit, strictim repeteret, contrariam ei adtribuisse opinionem.

** *pref. tom. I. capitular. §. XXVIII.* *CAROL. MOLINÆVS* in ea fuit opinione, Leonem scripsisse hanc epistolam ad Ludouicum, quum in suspicionem prauissimi consilii, imperatoris dignitatem Carolingicæ familiæ adimendi et ad Græcos transferendi, venisset, *pref. ad edict. Henric. II. §. XIII.* Fateor tamen, me ignorare, cui fundamento coniectura hæc queat inuiui. Quare nec desero sententiam, litteras

qui manifestum numeri errorem deprehenderunt recteque iudicarunt, facilius *terti* cum *quarti* numeri signo; quam Ludouici cum Lotharii nomine misceri et confundi Nec IVO numerum expressit; nec negari potest, omnia bene in Ludouici ætatem conuenire, qua Leo nimia festinatione iura augusti violauit seque a criminibus, quæ ipsi obiecta erant, per legatos purgare debuit. Quare nec inepte auctor *glossæ* hæc adscripsit: *quidam conquerebantur de Leone papa apud Ludouicum de iniuria, bis facta. Papa committit se imperiali iurisdictioni et rogat Ludouicum imperatorem, ut tales nuntios mittat ad hæc inquirenda, qui deum timeant, cetera.* Hæc quum ita sunt comparata, facile ipsa LEONIS verba possunt intelligi, quæ quo minus hoc loco recitentur, breuitatis studio cohibemur.

§. XIX.

Quamuis hæc satis demonstrent, quid de missorum dominicorum, qui Romæ commorabantur, potestate et auctoritate statuendum sit; nec tamen aduersatur nostro instituto, alia huius rei, æque illustria, adicere documenta. Quum Ludouicus ann. post salutarem virginis partum DCCCXXIII. comitia Compendii celebraret, Roma est nuntiatum, Theodorum *primicerium* et Leonem *nomenclatorem* scelesto facinore fuisse interfectos; Paschalem vero, qui sacris Romanis tunc præfuit, in necis suspicionem venisse. Iure sane id indigne tulit Ludouicus ac legatos misit Adalungum, monasterii, sancto Vedasto consecrati, abbatem et Hunfridum, comitem Curientem, ut omnia accurate inuestigarent. Nihil tamen efficere potuerunt. Paschalis, facto iureiurando, se purgauit; constanter tamen occisos iusto supplicio adfectos fuisse, adfirmavit. Legantur hanc in rem THEGANVS ***, *astronimus* *, EGINHARDVS ** aliique, quibus ex recentioribus ANT. PAGIUS ***, HEN-

illas sub auspiciis imperii Ludouiciani, quum Bernhardus et Geroldus Romanam mitterentur, fuisse consecratos.

* *vir. Lud. pii* p. 380.

** *annal. Franc.* p. 48.

*** *critic. in annal. Baron. rom.*

** *vir. Lud. pii cap. XXX. p. 76. III. p. 510,*

HENRICVS, comes de BVNAV*, LVD. ANT. MVRATORIVS,** FRANCISCVS BRVYSIVS*** adiungantur. Paschali vita defuncto, in locum eius surrogatus fuit Eugenius II. et doctrina morumque integritate, et pietate in Francicos insignis. Breui tempore interiecto, Romam se contulit Lotharius et, vti EGINHARDVS* pronuntiat: *statum populi Romani iam dudum quorundam peruersitate praesulum deprauatum, memorati pontificis beneuola adfensione ita correxit, vt omnes, qui rerum suarum direptione grauiter fuerunt desolati, de receptione bonorum suorum, quae per illius aduentum, deo donante, prouenerat, magnifice sint consolati.* Iliusmodi querelarum et tristioris vrbs status culpa quum in peruerlis iudicum maxime moribus esset, sapienter sane voluit Lotharius, vt quotannis missi ad tollenda ista incommoda constituerentur. Promulgauit hanc in rem legem,**quam supra** recitauimus; nec opus est, vt eam hoc loco repetamus. Quae tamen pontifici aperte plus aequo tribuat; caute tamen videtur intelligenda, ne praua argumentandi ratione ea Lotharium decreuisse, fingamus, quae ipsi ne in mentem quidem uenerunt. Primo loco comprobari nequit, ea, quae de Eugenio, viro prudente, iuris legumque perito et fidelissimo in imperatores decreta sunt, de omnibus pontificibus maximis generatim atque vniuersè capienda esse. Deinde, quod si ita esse, ponimus, omnino obseruari debet, caesarum beneficio ac liberalitate in constituendis missis praesules consensisse; suprema

F 2

* in der teutschen Kaiser- und Reichs-hist. tom. III. p. 79. sq.

** in histoir. Ital. tom. IV. p. 586.

*** in histoir. des papes tom. II. p. 5. sq.

* annal. Franc. p. 50.

** conf. CAROL. SIGONIVS de regn. Ital. lib. IV. p. III. CAESAR. BARONIVS annal. eccles. tom. IX. p.

780. CAROL. LE COINTE tom. VII. annal. eccl. Franc. tom. VII. p. 696.

STEPH. BALVZIVS tom. II. capitul. p. 317. sqq. IOANN. HARDVINVS concil. tom. IV. p. 1261. ANT. FAGIVS critic. in annal. Baron. tom. III. p. 515. de quarta vero nos loquimur lege.

*** §. VI. p. 14.

mam vero potestatem constanter fuisse imperatoribus ita reseruatam, vt pontifex inferiorem magistratum gereret eiusque sententia imperatorum iudicio posset immutari. Lucem sane et inde accipit et huic argumento adfert *astronomi** effatum, qui quum exposuisset ea, quæ Lotharius Romæ peregerit, hæc subiecit: *statutum etiam iuxta antiquum maiorem, vt ex latere imperatoris mitterentur, qui, iudiciariam exercentes potestatem, iustitiam omni populo facerent et tempore, quo visum foret imperatori, æqua lance penderent.*

§. XX.

Idem EVGENIVS auctor fuit populo Romano, vt sacramento sese obstringerent, ne pontifex eligatur; nisi præsentés sint missi dominici. Iurandi formulam concessuauit nobis PAVLLVS *diaconus*** , quamuis nonnullis et in his LVD. ANT. MVRATORIO*** Paulli diaconi; siue quisquis *fragmenti* illius auctor sit, fides suspecta sit, quod iter Lotharii Romanum ann. DCCCXXV. adscripserit, quum id ann. DCCCXXIV. factum esse, annalium scriptores consentiant. Attamen nobis nec memoria error; nec librarii lapsus sufficere videtur labefactandæ optimi scriptoris auctoritati; sed consultum est, adsentiri viris grauissimis et satis acutis, qui suffragiis suis rem quasi confirmarunt. Ex iis, qui tamen sacrorum communionè cum illustri Muratorio coniuncti sunt; nihilominus præclara reliquerunt veritatis testimonia, commendamus CAR. SIGONIVM,* LE BLANC.,** ANT. PAGIVM

* *vir. Lud. pii* p. 380.

** in *fragm. hist. Longob.* apud LVD. ANT. MVRATORIVM *rom. I. part. 2. script. rer. Ital.* p. 184. et de *episcop. Mictens.* p. 181. edit. DV CHESNE *rom. II. scriptor. rer. Franc.* Adde illi STEPH. BALVZIVM *rom. I. capicular.* p. 647. DV MONT *corps*

diplomatiq. rom. I. p. 8. et 10. GEORG. ECCARDVM *comm. de rebus Franc. orient. rom. II.* p. 190.

*** *histor. Ital. rom. IV.* p. 592.

* de *regno Ital. libr. IV.* p. III.

** in *dissert. sur quelques monnoyes de Charlemagne cap. V.* p. 35.

GIVM *** et quod mireris, ANT. SANDINVM,* virum clarissimum; iis tamen ex nostris illustrissimum BVNAVIVM** addimus. Qui in Eugenii locum successit, de Valentino tacendum est, quia de eo nihil in annalibus relatatum legimus; nisi quod quadraginta dies sacra Romanorum gubernauerit et repentina morte de hac vita migrauerit. Maxime tamen veritati accedit, missos dominicos consecrationi eius interfuisse; quod voluntati et Ludouici et Eugenii consentaneum fuit ***. Vt ita sentiamus, facit illustre Gregorii IV. exemplum, cuius electio quamuis perfecta fuerit, quum missus imperatoris ab vrbe abesset; nec tamen is prius ordinatus est, quam legatus imperatoris Romanam venit et electionem populi, qualis esset, examinauit. Sic EGINHARDVS* scripsit; nec deneganda videtur illi fides, cui astronomus,** ADELMVS*** *Bertinianorum* annalium auctor* et ANASTASIVS** suffragantur: consulantur hanc in rem CAESAR BARONIVS,*** STEPHANVS BALVZIVS,* CLAVD. FLEURY,** LVD. ANT. MVRATORIUS*** et ex nostris ERN. SAL. CYPRIANVS*. Eidem Gregorio ann. DCCCXXIX. Farsenses monachi denuo litem mouerunt. Etenim Paschalem pontificem Farsenses apud Lotharium aduofauerant, qui isto tempore Romae commorabatur, quod monasterium, beneficio regum Longobardicorum et Caroli magni de iurisdictione episcoporum exemptum, in potestatem suam

F 3

suam

*** *critic. in annal. Baron. tom. III.*
 P. 525.
 * *in vit. pontif. p. 248.*
 ** *in der teutschen Kaiser. und Reichsbist. tom. III. p. 85.*
 *** *idem suspicatur MVRATORIVS dict. loc. p. 609.*
 * *annal. ann. DCCCXXVII. p. 52.*
 ** *vit. Lud. pii p. 387.*
 *** *ann. Franc. apud MARQV. FREHERVM tom. II. scrips. rer. Franc. p. 430.*

* *ann. DCCCXXIX.*
 ** *vit. pontif. p. 335.*
 *** *annal. eccles. tom. IX. p. 837.*
 * *not. ad Agobard. p. 124.*
 ** *hystor. eccles. tom. X. p. 250.*
 *** *hystor. Ital. tom. IV. p. 603.*
 * *in der Belehr. vom Urspr. und Wachstb. des Pabstth. p. 260. adde MARC. ANT. DE DOMINIS de rep. eccles. libr. IV. cap. II. §. 37. p. 738. vbi copiose de iure imperatorum, electionem pontificum confirmandi, disserit.*

suam redigere conatus fuerit; sed ille iniuriam Farfensibus fieri bonaque omnia, quæ illis a Romanis præfulibus ablata erant, restituenda esse, grauiter pronuntiauit **. At vero Gregorium Farfenses propter villas quinque in ius vocarunt, quas Ingoaldus abbas monasterio traditas fuisse, Desiderii et Caroli diplomatibus comprobabat; ipsi vero a Stephano, Paschali atque Eugenio ereptas esse, conque- rebatur. Ea tempestate Iosephus, episcopi dignitate illustris, et Leo *missi dominici* Romæ erant constituti; nec fieri potuit, quin huic quæstioni iudices præessent. Nec Gregorius in iudicium venire recusauit; sed procurator eius a sententia missorum, reddendas esse monachis possessiones, imperatorem adpellauit. Fusè hæc omnia exposuerunt ipsi missi, qui *se ad singulorum hominum causas audiendas et deliberandas* delegatos esse, profitentur in *placito*, de hac re litteris consignato et nobis benigniori fortuna conseruato ***. Adprime id conuenit cum aliis missorum placitis et iudicii rationes egregie explicat. Constanti sane recordatione dignum nobis videtur hoc memorati placiti initium: *residentibus nobis in iudicio in palatio Lateranensi in presentia domni Gregorii pape et una simul nobiscum aderant Leo episcopus et bibliothecarius sanctæ Romanæ ecclesiæ, cet.* Hæc si cum iis comparantur, quæ supra de placitis missorum retulimus, potest confici, æque Romanum; ac alios sacrorum præfules iurisdictioni missorum subiectos fuisse: conferantur: STEPHANVS

BALV-

** conf. IOANN. MABILLONIVM *anal. ord. Benedict. rom.* II. p. 618. vbi Lotharii diploma Farfensibus exhibet: adde *astronomum vir. Ludouici pii* p. 382. et ANDR. DV CHESNE *scriptor. rer. Franc. rom.* III. p. 660.

*** placiti huius summa strictim enarrata fuit in *Farfensi chronico*, a QVERCETANO et MYRATORIO in licem edito; integritati tamen suæ restituta fuit a IO. MABILLONE *dist. loc. adpendic. num. LII. p. 736.*

BALVZIVS *, ANTON. PAGIVS **, IO. MABILLONIVS ***
LVD. ANT. MVRATORIUS * ET HENRICVS BVAIVS **.

§. XXI.

Huiusmodi iudicia missorum de causis pontificum posthac facta fuisse, equidem non memini; certum tamen est atque optimorum historicorum testimoniis confirmatum, Romæ fuisse missos atque in eo maxime collocasse operam, ne electiones et consecrationes pontificum contra voluntatem imperatoris fierent. Quum Gregorius de hac vita decessisset, Romani utriusque ordinis sacrorum antistitem sibi constituerunt Sergium II. inconsulto Lothario imperatore. Leuitati huic et insolentia irascendi, iustissimam præ se habuit causam Lotharius hincque filium suum Hludovicum Romam cum Drogone, Mediomatricorum episcopo, dirigit, acturus, ne deinceps, decedente apostolico, quisquam illic præter sui iussione missorumque suorum presentiam ordinetur antistes. Qui Romam venientes, honorifice suscepti sunt. Hæc verba quum in *annalibus Francorum Bertinianis* *** expressa legantur, mirum sane nobis videtur, CAES. BARONIVM * inanem operam in eo collocasse, vt SIGEBERTI *Gemblacensis* **, qui idem memoriarum prodidit, fidem redderet suspectam. Nec opus fuisse, si omnia recte consideramus, memoratis historicorum testimonio-

* in *præfat. tom. I. capitul. §. 27.*

** in *critic. in anal. Baron. rom.*

III. p. 575. Humani quid passus est PAGIVS, quum ea, quæ ann. DCCCXXIX. contigerunt, ad ann. DCCCXXVII. referret; sed ignoscendum hoc est viro optimo, cui denegata fuit facultas, ipsum diploma inspiciendi.

*** in *act. sanctor. ord. Bened. rom.*

II. p. 526.

* *hist. Ital. tom. IV. p. 612.*

** *dict. loc. rom. III. p. 111. adde,*

quæ nos in *ensur. diplom. quod Ludovicus Paschali concessisse fertur*, p. 23. diximus.

*** ann. DCCCXLIV. conf. GVIL. ERN. TENZELIVM in *vindiciis historic. pro Herm. Cowingii censur. cap. VIII. §. 12. p. 189.*

* *anal. ecclæs. rom. X. p. 14. Eundem Baronii errorem notavit IACOBY BASNAGIVS histoir. de l'eglise lib. VII. cap. 11. p. 408.*

** in *chron. p. 564. tom. I. scriptur. Germ. PISTORII.*

testimoniis, quum ea, quæ de concilio Romano, a Ludouico celebrato, tradita sunt, confirmanda et declaranda huic rei sufficiant. Huic enim non solum præfuit Drogo, *missus dominicus*; sed obstrinxerunt sese etiam Romani Lothario iureiurando; hoc vero facto, electio Sergii confirmata fuit, teste FLODOARDO ***; cui recentiori ætate CAR. SIGONIVS *, FRANC. BRVYSIVS ** et HENR. BUNAUIVS ***; vt alios prætereamus, accesserunt. Sergio mortuo, Romani quidem tristiori imperii et Lotharii fortuna abusi, Leonem quartum elegerunt et consecrarunt pontificem, haud expectatis missis dominicis; nihilominus tantum abest, vt imperatoris ius, diuinis legibus et longo annorum vsu confirmatum, vocauerint in dubium; vt et Romani et Leo lubentes illud agnouerint seque Lothario subiectos esse, confessi sint. De Romanis testis est ANASTASIVS *; LEO vero ipse hæc ad Lotharium ** scripsit: *de capitulis; vel præceptis imperialibus vestris vestrorumque prædecessorum. ergo de illis quoque, quæ ad missorum officia spectant, irrefragabiliter custodiendis et conseruandis; quantum valuimus et valemus, christo propitio, et nunc, et in æuum conseruatuos, modis omnibus profitemur. Et si fortasse quilibet aliter nobis dixerit, vel dicturus fuerit, sciatis eum pro certo mendacem.* Legas, quæ contra Baronium ANT. PAGIVS *** disputat: adde IO. GEORG. ECCARDVM*, LVD. ANT. MYRATORIVM ** et HENRICVM COMI-

*** *fragm. de Romanis pontific. apud IO. MABILLONIVM act. sanct. ord. Benedict. sec. III. part. 2. p. 569.*
 * *de regn. Ital. libr. V. p. 118.*
 ** *hystor. des papes tom. II. p. 19.*
 *** *dict. loc. tom. III. p. 236. sqq.*
 his adde præter BARONIUM, PAGIVM, LE COINTE, MYRATORIVM, MELCHIOR. GOLDASTVM *conslitue. imperial. tom. III. p. 269. 270. et IO. FRID. PFEFFINGERVM Viteriar. illustrat. tom. I. p. 57. et 1359.*
 * *vic. pontif. rom. I. p. 358.*
 ** *conf. GRATIANVM dict. X. cap. 9.*
 *** *critic. in annal. Baron. tom. III. p. 603. sq.*
 * *comm. de reb. Franc. tom. III. p. 389. sqq.*
 ** *hystor. Ital. tom. V. p. 26.*

comitem DE BVNAV ***. In Leonis; nisi malis Ioannæ papissæ, locum successit Benedictus, cuius electio quamuis per legatos, Nicolaum, Anagninensẽ episcopum, et Mercurium, magistrum militum, *consuetudo prisca vt possit* *, nuntiata fuerit; nec tamen eius exitus sine turbis fuit. Quos enim modo nominauimus, legati Romani alieni erant a Benedicto et callide rem in eum locum deduxerunt, vt *missi dominici* Anastasium quemdam, elatum ac superbum hominem, pontificem constituerent. Hic quum et sacerdotibus; et populo Romano non posset non odiosus esse, mirifica constantia ac diligentia id effecerunt, vt legati imperatoris, causa rectius cognita, Anastasio dignitatem adimerent et Benedicti electionem confirmarent. Copiose hæc enarrauit ANASTASIUS ** atque hæc subiecit: *dominico die diluculo in basilicam beati Petri apostoli ab episcopis, clero, proceribus deductus est et in conspectu omnium, imperialibus missis cernentibus, in apostolica sede, vt mos est et antiqua traditio dicat, consecratus ordinatusque est pontifex: adde SIGEBERTVM Gemblacensem, *** ALBERTVM, monachum trium fontium *, PLATINAM ** aliosque. Quum Nicolaus I. consecraretur, non opus fuit missis, quum ipse imperator, Ludouicus II. presens esset, testibus ANASTASIO *** et *annalibus Bertinianis* *; eo vero defuncto, Romani sine missorum consensu Adrianum II. elegerunt. Tradidit hoc GVILIELMVS bibliothecarius **, recte tamen addidit: *quod audientes missi Ludouici imperatoris, moleste tulerunt, indignati scilicet, quod dum presentes essent, non fuerunt inuitati; nec optata a se futuri presulis electioni interesse meruerunt; ea vero, quæ sequuntur, Romanos hac excusatione esse vsos, quod non caussa contentus Augusti; sed futuri temporis pro-**

*** in der reutschen Kaiser- und Reichsb. rom. III. p. 257.

* verba hæc sunt ANASTASII *vir. pontif.* p. 395.

** *dict. loc.*

*** *chron.* p. 566.

* *ann. DCCCLIII. p. 184. edit. LEBNITII rom. II. access. hist.*

** *hist. de vir. pont. p. 137.*

*** *dict. loc. p. 404. 199.*

* *ann. DCCCLVIII.*

** in *vir. pontif.* quæ ANASTASII commentariis subiunctæ sunt p. 425.

*Spectu hoc omissum fuerit, ne videlicet legatos principum in electione Romanorum praesulum expectandi, mos per huiusmodi fomitem inoleceret, hæc, inquam, fabulosa et conficta esse, firmis demonstravit argumentis STEPHAN. BALVZIVS ***. Quodsi ista vera esse, putas, nihil inde conficies, quam aduersatos esse hos Romanorum conatus sanctissimis imperatorum legibus et consuetudini, longo annorum usu confirmata: conf. IVONEM * et GRATIANVM **, ANT. PAGIVM *** et IO. FRID. PFEFFINGERVM *. Posthæc indies magis infringi videbatur et infirmari Romanum Francorum imperium, quod partim imperatorum negligentia imprudentiaque et diffidiis domesticis; partim arrogantia, audacia, malicia pontificum ciuiumque Romanorum tribuendum est. Nihilominus commentitium est decretum, vt imperator non intronitteret se de electione, quod MARTINVS Polonus, PTOLOMAEVS Lucensis, RADVLPH. BARTH. PLATINA, CAR. SIGONIVS, ANT. PAGIVS, ALPHONS. CIACONIVS aliique inferioris ætatis scriptores Adriano III. qui sub Carolo crasso Romano- rum sacra gubernauit, adiudicant; rectori tamen sententia reiiciunt: IO. GE. ECCARDVS **, HENR. BYNAVIUS ***, LVD. ANT. MVRATORIUS *. Electioni sane et consecrationi Stephani VI. quamuis adfuerit Ioannes, venerabilis Ticinensis episcopus, vt missus Caroli excellentissimi imperatoris, auctore GVILIELMO **; nihilominus id agre tulit Carolus, quod eo inconsulto vllum ordinare presumerunt, id est, quod factam electionem ipsi haud nuntiauerint et Stephanum consecrauerint, priusquam legati, qui extra ordinem Romam mitti solebant, aduenissent: mist ergo Liutwardum et quosdam Romane sedis episcopos, vt cum deponerent, quod perficere minime potuerunt.*

§ XXII.

*** not. ad Agobard. p. 126.

* panorm. part. V. cap. 16.

* dist. LXIII. cap. quum Hadrianus.

*** civit. in annal. Baron. tom. III.

p. 674.

* in Vitruv. illustr. tom. I. p. 1362.

** comment. rer. Franc. orient. tom. II. p. 683.

*** in der teutschen Kaiser- und Reichshist. tom. IV. p. 92.

* in histor. Ital. tom. V. p. 190.

** in vit. Steph. p. 439.

§. XXII.

Contigerunt hæc sub imperatoribus Carolinis, quorum cura et studium tuendi confirmandique ius in Romanam ciuitatem eiusque præflem, maiorum virtute et sanguine partum, indies ccepit magis magisque immitti. Eo minus sane mirandum est, aucta Romanorum pontificum potestate, auctoritatem imperatorum detrimentum cepisse, quo certius est, ipsum imperium Romanum tandem familia Carolina adentum ereptumque et primum ad Italia principes: deinde ad nostram Germanorum gentem translatum fuisse. Quare nec opus foret, his quædam addere, quum oratio nostra aui Carolini potissimum terminis circumscripta sit; nisi commemorandum nobis esset insigne antiquitatis monumentum, quod et vtilitate iucunditateque præstat; et argumento nostro lucem ac pondus adfert. A GRATIANO *** inter leges sacras relatum et a CAES. BARONIO * repetitum legimus hoc decretum: *quia sancta romana ecclesia, cui, deo auctore, præsidemus, a pluribus patitur violentias, pontifice obeunte, quæ ob hoc inferuntur, quia absque imperiali notitia et suorum legatorum præsentia pontificis fit consecratio; nec, canonico ritu et consuetudine, ab imperatore directi intersunt nuntii, qui violentiam et scandala in eius consecratione non permittant fieri: volumus id, vt deinceps, quum instituendus est pontifex, conuenientibus episcopis et vniuerso clero eligatur, præsentem senatu et populo, qui ordinandus est, et sic, ab omnibus electus, præsentibus legatis imperialibus, consecretur.* De auctore eius grauis est inter doctos homines contentio. Adscripsit enim GRATIANVS Stephani nomen, prætermisâ numeri voce. Quare eruditi in partes discesserunt, ita vt CAESAR BARONIVS **, NATALIS ALEXANDER ***, CAROLE COINTE * NICOL. ALEMANNVS ** IVST. FONTANIVS

G 2

NVS

*** dist. LXIII. cap. 28.

* *annal. eccl. rom.* IX. p. 817.** *dist. loc.**** in *hist. eccl. séc. IX. et X. cap. I. art. 2. rom.* VI. p. 3.* in *annal. eccl. Franc. rom.* VII.

P. 384.

** in *dissert. de Lateran. pariet. cap. 11. rom.* VIII. *thesaur. auarig. et hist. Ital.* GRAEVII.

NVS ***, ex numero autem eorum, qui vocantur protestantes, PHILIP. MORNAEVUS*, IAC. BASNAGIVS** ceteri, pro Stephano IV. quem alii quintum esse, censent, Ludouici pii aequali, pugnent; alii vero Stephano V. siue VI. qui Arnulfi aetate sacris Romanis praefuit, id adiudicent, quorum caput iure suo habetur ANT. PAGIVS***. Accedit, eadem verba inter decreta concilii Romani*, sub Ioanne IX. siue potius X. celebrati, repeti. Qua re adducti fuerunt IO. GEORG. ECCARDVS** et LVD. ANT. MYRATORIVS,*** vt sibi persuaderent, Gratianum per errorem Stephani cum Ioannis nomine permutasse legemque hanc non nisi sub finem seculi decimi latam esse. Consultius tamen nobis videtur, quae inter vtramque media est, amplecti coniecturam, ERN. SAL. CYPRIANI* et HENRICI BVNAVII** consensu confirmatam, primum auctorem decreti esse Stephanum sextum, deinde id in concilio Romano, ne cum aliis Stephani decretis, quae tunc condemnabantur, pristinam vim perderet, adprobatum fuisse. Vt cumque sit, nobis satis est, egregio hoc veritatis testimonio demonstrare, quanta missorum dignitas fuerit et in ipsa aula Romana auctoritas. Atqui nihil superest; quam vt nostram dissertationem his praclaris LVD. THOMASSINI*** verbis: *hoc porro ex decreto patet, usum, quem tamdiu pontifices exhorruerunt et tam anxie amoliri enixi fuerunt, longo annorum lapsu verumque stupenda vicissitudine, tantae utilitatis, tantae necessitatis euasisse, vt in legem canonicam cooptatus sit, feliciter concludamus.*

*** in' domini. tempor. della sede apostolica sopra città di Comacchio. §. CV.

* in myster. inquit. p. 140.

** in histor. de l'eglise libr. VII. cap. 2. §. 10. p. 400.

*** in critic. in annal. Baron. tom. III. p. 525. et 768.

* can. X. apud IO. HARDVINUM

concil. tom. VI. part. I. p. 487.

** dict. loc. tom. II. p. 778.

*** in histor. Ital. tom. V. p. 265.

* in der Belehr. vom Urspr. und Wachsth. des Pabstthums cap. XII. §. 6. p. 260.

** cit. loc. tom. II. p. 28. et tom. IV. p. 154.

*** in ver. et nou. eccles. discipl. part. II. p. 379.



NOBILISSIMO AC DOCTISSIMO
IO. PETRO OBERLAENDERO,

S. P. D.

IOANN. GEORG. WALCHIVS.

Quum vias occasionesque, honori commodisque tuis inferuendi, circumspicio, tum non potest mihi displicere tuum consilium, doctrina atque ingenii tui ornamenta in publico eruditorum confesso exponendi. Nam ad laudem tuæ industriæ permultum momenti habet magnamque, quam de te excitasti, spem egregie confirmat, propterea quod te sapientem tenuisse in Lipsiensi et nostro musarum domicilio studiorum rationem, luculento demonstrat exemplo. Quum sanctioribus disciplinis te potissimum consecrasti atque ad inuestigandas cognoscendasque salutare purgatæ religionis doctrinas insignem adhibuisti diligentiam, cuius ipse in scholis meis spectator fui, prudenter sane tibi persuasisti, elegantioribus litteris animum liberaliter excolendum atque ad diuinæ sapientiæ studium erigendum subfidiisque maxime historiæ ciuilibus confirmandum esse, quæ arctissimo vinculo cum rerum, in ciuitate christiana gestarum, memoria arteque, pontificiorum nugamenta refellendi, coniuncta est. Hac eo consilio commoro, non solum vt pateat, quantam vtilitatem quantosque fructus laborum tuorum patriæ ac sanctiori cœtui spondeas; sed etiam vt tui commilitones tuam virtutis ac doctrinæ imaginem intueantur et imitentur. Ita vale resque tuas, gratia et benignitate cælesti munitus, age feliciter. lenæ, d. XVII. oct. ann. reparatæ salutis humanæ MDCCCLIX.

NOBILIS-



NOBILISSIMO AC DOCTISSIMO
 IO. PETRO OBERLAENDERO,

S. P. D.

M. CHR. GVIL. FRANC. WALCHIVS.

A quo tempore TVA amicitia me dignum iudicasti meque va-
 riis summisque officiis TIBI deuinxisti, satis perspexi, quan-
 tam curam quantumque studium in eo collocaueris, vt partes ho-
 ni ciuis rite ageres spemque patriæ, quam de TE excitasti, non
 solum non falleres; sed eam etiam superares. Quum sanctiori
 disciplinæ TE consecrasti, vt metam, quam TIBI fixisti, feliciter
 consequeris, inter subtelia nostrorum et Lipsiensium theologo-
 rum diligenter versatus es; neque ea neglexisti, quæ magna
 copiosaque diuini doctrinæ adferunt adiumenta. Quare sa-
 pienter didicisti artes, in quibus tota humanitatis et elegantiae ra-
 tio posita est; nec vane credidisti, non posse eum accedere ad ve-
 ram eruditionis laudem, qui ab historiarum cognitione se absti-
 nuit. Sedulo ergo et multo studio annalium monumenta peruoluisti
 et mores atque exempla gentium nostri æui assidue percunctatus es
 hancque ob causam, quod mihi honorificum est, scholas meas hi-
 storicas studiosè frequentasti. Recte TIBI persuasisti, illustrium fa-
 ctorum memoriam non solum ad vitæ utilitatem spectare, vt quid
 imitandum; quid vitandum sit, demonstret; sed multum etiam va-
 lere ad perspicendas diiudicandasque et principum lites et discor-
 dias, quæ christianam perturbant ciuitatem. Nec fortunatum stu-
 diorum tuorum desuisse exitum, egregio iam comprobas exemplo,
 quum in eruditum certamen descendere et de pulero argumento pu-
 blice disputare, decreuisti, quod Germano nomine dignum: priscis
 nostris imperatoribus gloriosum et ad prosternenda leuiora tyran-
 nidis pontificia præsidia adcommodatum esse, arbitror. Id quod
 quum ad laudes TVAS accedit, iure sane in gratulandi partes venio
 hocque officio eo erectiori animo fungor, quum TVO in me amori
 tantum tribuis, vt pugnae TVAE me comitem potius; quam ducem
 et præsidem esse, velis. Quod superest, deum precor, vt TE porro gra-
 tia sua amplectatur eaque omnia in TE conferat, quibus vera constans-
 que hominum felicitas absoluitur. Vale meque amare, perge. Jenæ
 d. XVI. oct. ann. post restitutam salutem humanam MDCCXLIX.



68802

ULB Halle

3


002 625 814




SR

AB 68802







22

DISSERTATIO HISTORICA

DE

MISSIS DOMINICIS
PONTIFICIS ROMANI
IUDICIIVS

QVAM

AMPLISSIMO PHILOSOPHORVM COLLEGIO
CONSENTIENTE

PRAESIDE

M. CHRIST. GVILIELM. FRANCISCO
WALCHIO

PVBLICAE ERVDITORVM DISQVISIONI

SVBICIT

RESPONDENS

IOANNES PETRVS OBERLAENDER

GERA - VARISCVS

SANCT. DISCIPLINAE CVLTOR.

IENAE D. XXV. OCTOBR. MDCCXXXIX.

LITTERIS SCHILLIANIS. (7)

